Bibliothèque numérique
medic@

Paaw, Pieter. **Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in Hippocratem, de Capitis Vulneribus. additae In aliquot Capita libri VIII C. Celsi Explicationes. Ad illustres, Nobiles, Praepotentes, ac verè Magnifices Hollandiae Westfrisiaeque Ordines.**

Lvgdvni Batavorvm. Apud Iodocum à Colster, 1616.
Cote : 5918

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?05918x01

PETRI PAAW

Amsteldamensis

SVCCENTVRIATVS ANATOMICVS.

continens

Commentaria in Hippocratem, de

CAPITIS VVLNERIBVS.

additæ

In aliquot Capita libri VIII. C. Celsi Explicationes.

Ad Illustres, Nobiles, Præpotentes, ac verè Magnificos

HOLLANDIÆ WESTFRISIÆQVE

ORDINES.





LVGDVNI BATAVORVM,

Apud IODOCVM à COLSTER.

Ann. cIↃ IↃ CXVI.

©BIU Santé


PETRUS PAAW MED. DOCT ANATOMICUS
ET BOTANICUS PROFESS. ACAD. LUGDUNOBAT.

Illustres ac Præpotentes

DOMINI

ALterum hoc ingenij artiſque meæ monumentum, publico nunc damus, inſcriptum conſecratumque inclyto nomini veſtro. merito ſane, quum ipſo titulo vobis reſpondeat. Spectate Authorem quem explico: is eſt Hippocrates Cous Princeps Facultatis noſtræ, & ut verbo dicam, naturæ magnum quid parturientis miraculum. Spectate argumentum; id vero eſt de Vulneribus ejus partis quæ in noſtro corpore prima eſt & princeps, quæque ſola pro ipſo homine uſurpatur. Hæc talia ad quos iuſtius quam ad vos irent, Principes & Capita Reip: noſtræ? quique domi militiæque, in toga pariter & ſago capitis malis periculiſque ſuccurritis. Nam ſi caſtra movenda ſint, prima hæc cura eſt, capiti ut bene ſiet. Si à Martio tumultu ad pacem vocamur (fruimur ea veſtris auſpicijs, & velis ô Pacis author, diu, fruamur) non minora ſunt vobis à capite oblæſo diſcrimina. quo fit ut in ipſa etiam quiete turbetur quies

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 3 sur 280

publica. Videre eſt quotidianos conflictus capitonum quorundam belluinâ rabie ſeinvicem petentium. Quot ſe undique offerunt capite læſi? quot quibus capitis diminutione vel maxima, vel media, vel minima opus eſſet, ſi jure Romano viveretur. Quam multi (fas ſit dicere quod res eſt) lucem hanc aſpicerent, ſi debitè tractata fuiſſent capitis vulnera ab ijs qui ſibi hoc ſumunt? Materia igitur & argumentum ad vos ibant. Cur autem per me illud vobis non offerretur? Alexandrum illum verè magnum, initâ contra Perſas expeditione, priuſquam claſſem conſcenderet, ferunt amicis, huic quidem agros, alteri pagum, alijs vectigalia dilargitum; Perdiccæ verò interroganti, quidnam ſibi retineret, ſpem reſpondit. Mihi à vobis eandem vocem audire videor. quid non ab ijs ſperem Dominis, quos ſtudiorum novimus mæcenates? qui huic fini Academiæ noſtræ fundamina poſuiſtis. in quâ à nobiliſsimis Curatoribus tot jam annis (luſtra aliquot numero) ſtationem nactus, ita eam colui hactenus, mihi ipſi uti ſatisfecerim non ſolùm, verum inſuper quid illo annorum decurſu præſtiterim, nobiliſsimis Curatoribus primum, nunc etiam vobis, Potentes Domini, velut rerum mearum rationes offerre reddereq; auſim. Abſit confidentia, abſit jactan-

jactantia (ab hiſce vitijs immunem me norunt, qui me norunt) curſum meum abſolvi. Quidquid in Anatomicis, Botanicis (hæc duo mihi impoſita) addo & Chirurgicis, dici doceri poteſt, eorum nihil à me neglectum. quid ultra? redit quotannis labor actus in orbem. quibus ſatisfactum ſtudioſi abeunt, ſuccedunt alij, quibus eadem inſtillanda. Ea quotidianis litteris à varijs expoſcuntur. parere ſtatui, confidens, ſcholæ veſtræ inde emolumenti aliquid accedere poſſe. Inter primos, notis noſtris explicatius prodit hic Author: cujus ſi quis brevitatem conſideret; ſi obſcuritatem, Interprete indigere judicabitur. Preſſa illi dictio eſt, interdum etiam abrupta, alicubi verò ita obſcura Delio uti natatore indigeat. Mirari ſane non infrequenter ſoleo Scriptoris hujus ſtylum; qui ſi non aliter loquutus fuit quàm ſcripſit, quis virum loquentem intellexit? fugerint ante verba neceſſe eſt quàm fuerint percepta ab Auditoribus. qui ſi in ijs expendendis animum intenderint quæ adhæſerant', fieri non poteſt, quin prætermiſerint cætera. Vix hodie illius omnia exactè capimus, quin collectis animi copijs hæremus in ſingulis. & putamus volantia ipſius verba inter docendum in illâ orationis brevitate potuiſſe intelligi? ſed voluit vir graviſsimus, & non ſui

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 5 sur 280

RIU Santé

ſolum, ſed cujuſvis ævi princeps, lectoris ingenium brevitate illâ & obſcuritate excitare; quod jaceat langueatque oportet ubi omnia oggeruntur. Pungit ſuaviter mentem diſcentium ſcriptionis brevitas: irritat torpentem animum moderata obſcuritas. Etiam ab arcanis graviorum ſcientiarum excludit eos qui vel à naturæ imbecillitate, vel à propriâ ignaviâ hoc habent ut non poſſint nisi apertiſsimè dicta intelligere. Hunc itaque Authorem excutiendum ſumsi, ea tractantem, mihi quæ convenire videbantur. Quorſum namque traduntur Anatomica nulla ſi inde ſperetur utilitas? ſi quis oſtentationis tantum cauſa (& quî poſsint aliter, qui turgidis buccis Anatomica crepant; eaque ſe ſcripturos pollicentur, quum manum operi admoverint nunquam, me verò ſecantem niſi cum faſtidio non viderint) ea proferat quæ domi nata, apud alios lecta, ipſi intellecta nondum; hic per me licet, quod olim luſcinia audiat.

Vox es, præterea nihil.


Et tamen ejuſcemodi homuncionum ferax admodum hæc ætas. quæ non cápiunt carpunt, imo quæ capiunt carpunt tamen; animi malitiâ, addo impotentiâ, ingenijq; livore in Authorem quàm ejus ſcripta (ut quorum mentem non aſſequuntur ſa-

©BIU Santé

tur ſatis) potius affecti. Contrà horum malevolentiam patrocinium à nominis veſtri celebritate, quin & auxilium à veſtro peto ſplendore. Potentes auditis, vereque eſtis Domini, ne mihi quæſo denegetur potentiæ veſtræ clypeus. Ita animus mihi dabitur elaborandi porro quæ Reipublicæ uſui, Academiæ etiam honori futura ſpero. Deus opt. max. conſilia veſtra in Academiæ & Reipublicæ commodum dirigat ac fœlicitet;



PETRI



©BIU Santé

IN HIPPOCRATEM

De Vulneribus Capitis.

ANatomicis ſcriptis fundamentum ab ipſo corporis poſui fundamento, edito de oſsibus Tractatu. Is quot, & quæ ſint humani corporis oſſa, explicuit, quam acceperint figuram, quem poſitum, quamque ad ſeinvicem connexionem; quem denique præſtent homini uſum. SVCCENTVRIATVM nunc ſubjungo, nonnaturales oſsium adfectiones proſequentem, ac quænam ipſis debeatur medela. Adfectionum illarum aliæ ſunt, ſubſtantiam oſsium quæ infeſtant; ut ſunt Caries, Fractura. Aliæ ſitum, ut Luxationes, Laxationes, Diſiunctiones, Contorſiones. Aliæ figuram, unde Gibbi fiunt, Vari, Valgi, Vatij, Loripedes, Silicernij, Macrocephali, Oxycephali. Initium facio ab affectubus, capitis oſſa affligentibus, utpote qui frequenter incidunt, quique niſi dextrè manus adhibeatur, difficultatis non parum ſecum trahere ſolent, tracto in conſenſum cerebro, parte principe, ipſis

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 9 sur 280

©BIU Santé

affinitate iuncto. Nullo non mali genere illa corripi possunt: Dislocata etenim iure dixeris, in illa fracturæ Cranij specie quæ ἔσλφασις Hippocrati dicitur; Latini Introcessionem vocant: in Figura vitium pati, quum θλάσι corripiuntur, Depressionem dixeris; apparente exterius in cranio lacuna. At verò potissimum ac ex instituto, de ijs substantiam ossium Cranij qui petunt agetur affectubus; ejuscemodi præcipuè ab externâ eaque violentâ qui originem sumunt causâ. Fit namque subinde, Carie uti substantia ossium corripiatur, idque vel ab ambiente aëre, aut etiam pinguium similiumque topicorum, quibus cum ossibus inimicitia, usu. De his per occasionem etiam agetur; verum datâ operâ de Cranij Fracturis, affectubus summam difficultatem secum trahentibus; quique non paucas secum trahunt indicationes quas alia non habent vulnera. Vt non frustra à Veteribus dictum sit, *nullum capitis vulnus parvifaciendum, aut leviter perfunctorieve tractandum.* quid enim? non infrequenter, dum maximè arrident, tum insidias vel maximè struunt; apoplexias, convulsiones, phrenitides nihil minus cogitante medico

©BIU Santé

medico excitant. Præter alia oſſa id peculiare cranio, facillimè quod imflammetur, ob medullæ, credo, copiam. ut non dicam quantum juris ambienti aëri, ſit in Cranium. ut alias taceam cauſas, quarum cenſum ſequentia dabunt. In capitis Fracturis nobis præibit Hippocrates, magnus ille naturæ Genius, multorum bonorum Parens, uno verbo, vir divinus. vel eò magis, non pauca quod in quotidianâ vulnerum capitis curatione irrepſiſſe animadvertam, quæ hoc ipſius ſcriptum redarguit, quæque idcirco non corriguntur, quia divinum hunc ſenem multi non legunt, idque quia non intelligunt. nos ei lucem dare conabimur, excuſſuri quidquid ab eo traditur; idipſum firmis ſtabilituri rationibus, difficultates (quæ ſane occurrent non paucæ) ipſo duce conciliare adnitemur, ſicq; Hippocratem per ipſum conabimur explicare Hippocratem. Quem hujus libri eſſe Authorem à nonnullis dubitari miror: quum ſpurij, quodq; genium Hippocratis non referat, contineat nihil. Hunc Galenus pro genuino ubique agnoſcit, uti cap. 6. lib. 6. meth. med. & comm. 2. in 3. Epid Aph. 1. Etiam proëmio

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 11 sur 280

©BIU Santé

Comment. 4. in Hipp. de Vict. rat. in morb. acut. è quo non pauca Celsus citat, & quidem verbotenus in sua scripta transfert, uti volenti videre est cap. 4. lib. 8. Etiam Erotianus, recensens Hippocratis libros, inter χειρουργόμενα hunc refert; titulum tamen ei tribuens non Ionica dialecto περὶ τρωμάτων, verùm περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.

Ἱπποκράτης
περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων.

Per τῆς κεφαλῆς vocem non hic caput universum omnesq; tam externas quàm internas sive continentes contentasq; intelligit partes, sed solummodo Solutiones continui Cranij, sive capitis ossei. Quod notatu non indignum, vel ob eos qui ab Hippocrate hoc loco requirunt explicationem vulnerum Pericranij, Periostij, Musculorum frontis, Temporum, Menyngum, imò & ipsius Cerebri. Mens ipsi solummodo est, caput osseum prosequi, quamvis hac occasione de vulnere Pericranij, tum & duræ menyngis mentionem injiciat. facit id Tractatus ratio, rerumq; affinitas, uti suo loco videbimus. Hac de causâ Celsus eandem hanc rem perse-

©BIU Santé

perſequuturus cap. 4. lib. 8. capiti titulum facit, *De Calvariæ Curatione*. Vbi ſciendum, Calvariæ vocem ſignificare Oſteologis, tam univerſum caput oſſeum, quod κρανίον à figurâ uſuque Græci; quàm convexam ſolummodo Cranij partem, quâ primum calveſcere homo conſpicitur. Poſtremâ hac ſignificatione κεφαλῆς vocem propriè hic ſumit Hippocrates; expoſiturus moduni rationemque quâ tractari debeant oſsis frontis, occipitis, oſsiumque ſyncipitis vulnera, nam illa quatuor calvam conſtituunt. Mentio tamen etiam hoc fiet libro vulnerum Temporalium ſeu Petroſorum oſsium, quum vix fieri poſsit, ut lædantur ſyncipitis oſſa ijs, illæſis. ut non dicam, in Reſonitu ſeu Contrafiſsurâ, eadem oſſa interdum offendi. περὶ τρωμάτων. Per τρῶμα non intelligit quamcunque continui ſolutionem quam incurrere cranium poteſt, verùm eam ſolummodò quam externa cauſa eaque violenta excitavit. non enim de Carie ſe acturum pollicetur. ipſam inſpice Græcam voculam τραῦμα namque & Ionicè τρῶμα, à τιτρώσκειν deducitur; quod ſignificat divellere, violenterq; diſtrahere; cum contrà τερηδών, Caries, continuum

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 13 sur 280

©BIU Santé

oſsis ſolvat non violenter, ſed paulatim, obſcure; agnoſcatque ut plurimum internam cauſam. Non me latet Gal. Comm. 2. in lib. de Artic. notare Græcos per τρώμαλ@ vocem intelligere generaliter quaſcunque læſiones, etiam citra vulnus incidentes. Ita τρωθεῖσα, læſa, malè affecta; & τρώειν, lædere, offendere exponit Gal. in exegeſi Vocum Hippocraticarum. Sed alio ſignificatu vox illa ab Hippocrate hic ſumitur, nimirum pro ſolutione continui quam violentia excitavit. Ita hoc libro, vult medicum certiorem fieri ex vulnerati relatu; ἐκ τῶν λόγων τῦ τρωμαλίε. Etiam lib. περὶ παθῶν, τοὺς τραυματίας λιμοκλονέειν, Vulneratos fame macerare jubet.

Porrò vulnus ſecundum Hippocratis ſententiam vocarim, *Solutionem continui evidẽtem, factam à cauſâ violentâ, in cranio.* Solutio continui neceſſe eſt ſit, ut vulneris mereatur nomen. Evidens, ut ab ulcere diſtingui poſsit; à quo etiam causa diſtinguitur, quæ ſemper violenta; quum ut plurimum latens cauſa, eaque interna, ulcus producat. In cranio, ut, quod jam dictum, pericranij, perioſtij, menyngum, ipſiuſq; cerebri læſiones excludat. Illud quinque fit modis Hippocrati, Fiſsione, Colli-

©BIU Santé

Collisione, Introcesſione, Teli ſede & Contrafiſſura. Nobis, Perforatione, Dedolatione, Fiſsura, Fractura, Contuſione. De quibus ſequentibus plenius.

Τῶν ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ οὔδ'ἐν ὁμοίως σφίσιν αὐταῖς, οὔδε αἱ ῥάφαι τῆς κεφαλῆς πάντων κατὰ ταὐτὰ πεφύκασιν.

Humana capita neque eodem ſe habent modo; neque cranij ſuturæ omnibus ſimilem oſtendunt ſitum.

Hiſce verbis initium huic dant libro probatiora exemplaria; alia, nonnulla quædam præmittunt, quæ tamen pro ſpurijs habentur; idemque ego iudico. Movent me duo: Primum, quòd ſpurio hoc proæmio inter alia dicatur, Hippocratem alibi eorundem feciſſe mentionem. ubi autem? Excute omnia ejus opera, nullibi hæc reperies. Deinde, quòd optimi manuſcripti codices horum nullam faciant mentionem: inter quos primas facile tenet, imo excellit, quem Regis Galliæ habet Bibliotheca. Opus eſt majore regio conſcriptum charactere, donoq; datum Franciſco. 1. Galliarum regi à Cardinale Florentino. Illa itaq; pro ſuppoſititijs habebuntur; nec tamen meo judicio omnino indigna quorum extet memoria. Sic ſe habent. *Nullum*

©BIU Santé

Nullum capitis vulnus contemni debet. Sæpè enim cutis ſola contuſa ferro aut alia aliqua re, ſi non diligenter & cum quadam cautione curetur; Veluti ſi ſanguis concretus non expurgetur, aut aliud quiddam negligatur, ulcus incrudeſcens non parum moleſtiæ exhibet, imò interdum febrem inducit: Et medico quidem moleſtiam, ægro verò periculum creat. Verum hoc multo magis contingit, ſi cum calvariæ etiam cerebri membranę rumpantur. quamobrem ſi hæc ſingula medicus non diligenter animadverterit, ſæpe mortis fient cauſa. Et de his quidem omnibus etiam alibi diximus. ſed & nunc dicendum eſt. Primum igitur capite vulnerato, interrogare oportet, per quod vulneratum ſit. deinde, quid homo fecerit quum vulneraretur. poſtea, qua parte vulnus inflictum ſit.

Nullum capitis vulnus contemni debet. Imo nullum vulnus, cujuſcunque demum partis, leviter haberi aut contemni debet. Vidi læsâ ſuperficiariâ tantum cute digiti manus, ſuperveniſſe febrem, quæ læſum ſuſtulit. Celſus hanc ad rem eleganter cap. 26. lib. 5. „ *In vulneribus ante omnia ſcire medicus debet, quæ inſanabilia ſint, quæ difficilem curationem habeant, quæ promptiorem. Eſt enim prudentis hominis, primum eum qui ſervari non poteſt, non attingere, nec ſubire „ ſpeciem ejus, ut occiſi, quem quem ſors ipſius peremit.*

CDIU Santé

Deinde ubi gravis metus, ſine certâ tamen deſperatione eſt, indicare neceſſarijs periclitantis in difficili rem eſſe, ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fefelliſſe videatur. Sed ut hæc prudenti viro conveniunt, ſic rurſus hiſtrionis eſt, parvam rem attollere, quo plus præſtitiſſe videatur. Obligariq́ue æquum eſt confeſſione promptæ rei, quo curioſius etiam circumſpiciat, ne quod per ſe exiguum eſt malum, majus curantis negligentiâ fiat. Egregiè Celſus, quum non raro affectus per ſe exigui nulliuſque momenti, aut chirurgi negligentiâ imperitiave, aut ægri ipſius peccato, aut denique inopinato aliquo caſu, difficillima adferant ſymptomata, nec raro exitium.

Sæpe enim cutis ſola contuſa ferro aut aliâ aliquâ re, ſi non diligenter & cum quadam cautione curetur. Text. Hoc eſt, ſi non diducatur aperiaturque locus contuſus, ut exitus patere poſsit intus contentis. Eundem Celſum audi cap. 4. lib. 8. *Quacunque autem de cauſâ curatio hæc neceſſaria eſt, ſi non ſatis cutis pateſacta eſt, latius aperienda eſt. neque enim id ullum metum, niſi inter muſculos qui tempora continent, adfert.*

Veluti ſi ſanguis concretus non expurgetur. Text. Vides eum hic agere de contuſione. quamvis & in ipſis cranij vulneribus locum habere

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 17 sur 280

©BIU Santé

poſsit; uti os capillari rimâ fiſſum, niſi fiſſurâ ſcalpris deleatur, accidit non rarò ut ichor fiſſurâ contentus, acquirens acrimoniam os exedat, ſtilletque in ſubjectam membranam.

Text. Ipſe ſubjungit dicens: *aut aliud quiddam negligatur, ulcus incrudeſcens non parum moleſtiæ exhibet.* nimirum corrupta illa materia quæ aliquamdiu ſub cute oſsi inhæret perioſtium corrumpit, neque rarò ipſum ſubjectum os carie tangit.

Text. *Et aliquando etiam febrem inducit.* quatenus ratione doloris, ſubjectæ menynges in conſenſum trahuntur.

Text. *Et Medico quidem moleſtiam, ægro verò periculum creat.* Ægro periculum febris, aut phrenitidis; medico moleſtiam ſcalpturæ, raſuræ. imò etiam ignominiam.

Text. *Verum hoc multo magis contingit, ſi calvariæ & cerebri membranæ rumpantur.* tum enim in præſentaneo verſatur vulneratus vitæ diſcrimine.

Text. *Et de his quidem omnibus etiam alibi diximus.* ubi autem?

Text. *Sed & nunc dicendum. Primum igitur capite vulnerato interrogare oportet, per quid vulneratum ſit.* an nimirum acuto an verò obtuſo telo. an

ſo. an gravis fuerit ictus, an levior. an punctim inflictum vulnus nec ne. Deinde quid homo fecerit quum vulneraretur; num prævideritictum. num potu obrutus. num vehementer inter confligendum incanduerit.

Poſtea quâ parte vulnus inflictum ſit. Hac in re maxima difficultas, illaque occupatur majore hujus Tractatus parte Author. Text.

Τῶν ἀνθρώπων αἱ κεφαλαὶ.

Humana capita neque eodem ſe habent modo. Priuſquam rem ipſam aggrediatur Author, quædam præmittit monita, ſerio conſiderandâ chirurgo; quorum primum hoc eſt, non parum mutari curandi rationem ob capitum diverſitatem. Nam pro materiæ, è qua caput natura format diverſitate, diverſimodè finguntur humana capita. Diverſitas eſt in cranij circumſcriptione ſive univerſali figurâ; ejuſdem craſsitie; ſuturis. Circumſcriptione ſive figurâ; quàm paucos enim reperias quibus cranium contigit figurâ præditum omnibus numeris ac abſolutè naturali. Talis eſt quæ ad oblongæ ſphęræ accedit ſimilitudinem. haud aliter inquit Galenus ac ſi globum cereum ambabus ſumtum Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 19 sur 280

©BIU Santé

manibus in lateribus tum & in ſummitate parum premas, videbis anterius poſteriuſque leviter prominere, ſuperius paulum deprimi. ita naturalem finxeris cranij figuram.

Figura Cranij naturalis.



At

At quotuſquiſque reperitur hanc qui ſit nactus? alijs rotunda contigere capita; oblonga, acuminata alijs, quale Therſiti Homerico. Huic frons plana ac depreſſa, alteri in acumen prominens. idem de occipite, vertice, alijſque dicendum. Turcis, Groenlandis, Abiſsinis, rotunda, plana ac velut compreſſa ſunt capita; nobis communiter productiora oblongioraque. facit id mos collocandi in cunis infantes; diverſa faſciarum quæ capitibus infantum circumponuntur ratio. facit efficaciſsimè ipſum hæreditarium parentum jus, uti de Macrocephalis Indiæ populis ſcribit Hippocrat. lib. de aer. aqu. & loc. Locus lectu dignus ita habet: *Ac eas quidem gentes quæ parum inter ſe differunt, prætermittam, quæ verò plurimum aut naturâ, aut inſtitutis inter ſe diſcrepant, de his quemadmodum ſe habeant mihi dicendum eſt, imprimiſque de macrocephalis, cum ex his nulla alia gens capita ſimilia habeat. Ac initio quidem hominum inſtitutum longitudinis capitis cauſa fuiſſe videtur, nunc verò natura etiam ad inſtitutum accedit. Longiſſima enim habentes capita generoſiſſimos exiſtimant. Hujuſmodi autem eſt inſtitutum; cum primum editus eſt infans, caput ejus adhuc tenellum & molle manibus effingunt, & in longitu-*


Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 21 sur 280

„ *dinem adoleſcere cogunt, vinculis & idoneis artibus*
„ *adhibitis, quibus capitis rotunditas vitietur & lon-*
„ *gitudo augeatur. Hoc inſtitutum primum hujuſmodi*
„ *naturæ dedit initium. Succeſſu verò temporis in na-*
„ *turam abijt, ut proinde inſtituto nil amplius opus*
„ *eſſet. ſemen enim genitale, ex omnibus corporis par-*
„ *tibus provenit, ex ſanis quidem ſanum, & ex mor-*
„ *boſis, morboſum. Si igitur ex calvis calvi gignun-*
„ *tur, ex cæſijs cæſij, ex diſtortis ut plurimum diſtorti,*
„ *eademque in cæteris formis valet ratio, quid prohi-*
„ *bet cur non etiam ex macrocephalo macrocephalus*
„ *gignatur?*

Iam quoad craſsitiem, quanta hac in re varietas. Perſarum capita leviore lapilli ictu pertundebantur, ſecus ac Ægyptiorum teſte Herodoto lib: 3. Æthiopes quàm craſſa duraque habent capita. bone Deus, non os ſed militarem te tangere dicas galeam. Norunt Hiſpani qui (Aloiſio Cadamuſto teſte) ducturi novum in inſulam D. Thomæ, Angolam, vicinaque Æquatori loca militem, illud imprimis ipſis inculcant, ne cum incolis conflicturi unquam caput ipſis petant, experientiâ docti protenus diſsilire enſem. Magnus mihi craniorum numerus in quibus incredibilem quoad craſsitiem te-


unita-

huitatemque cernere eſt diverſitatem.



©BIU Santé

De ſuturis etiam dixi. Capita reperias ne quidem ſuturarum exhibentia veſtigium. Alia, quibus ſtationem ſuam mutant ſuturæ. in ſagittali quàm id notum, quæ licet communiter terminum ſuum in bregmate habeat, ſubinde tamen excurrit ulterius ad narium uſque initium, frontem reddens bifidam.




Fit in-

©BIU Santé

Ab eadem etiam occiput ſectum vidiſſe ſe aſſerit Veſalius. Sylvius geminatas ſe futuras obſervaſſe(rarum id admodum)ſcribit. idem Euſtatius aſſeverat. illud hac figura expreſſum.

17.



©BIU Santé

Fit interdum, nonnulla uti crania peculiares acceperint ſuturas, quale mihi non unum. Vidi bregmatis oſsiculum (illud dico quo natura locum illum in infantibus apertum poſtmodum replet) peculiari circumſcriptum ſuturula, aſpectu certe jucundo. Quod majus dico, obſervavi, in interna cranij tabula, loco inter os petroſum dextrum & verticem medio, duas exactè ſphæricas ſuturas. Vidi, neque mirari ſatis potui. Ita eſt, non facit medicinam homini medicus in genere, ſpeciem requirit. in qua tanta naturæ eſt varietas, veriſsimè uti Poëta dixerit

Ludit in humanis divina potentia rebus.

Nimirum hac ratione magnum illud Numen curioſitatem ac philautiam noſtram ridet, qui dum ſatagimus inquirendo quid ſupra cœlos, infra terram quid geratur, quid Iunoni in aurem Iupiter, miſelli quid ipſi ſimus ignoramus. Anne utilitatis aliquid hæc res adfert, dicat quis? ſane plurimum. Gal. illud ſæpè ſuis ſcriptis inculcat, figuram uti partis laborantis perſpectam bene habeat medicus, cum ab ea pendeant partium actiones, circa quas univerſa verſatur medici contemplatio. Ita, qualis ſcapularum ac coſtarum

©BIU Santé

rum ratio eſt, talis figura & conſequenter actio pulmonis. Ita minor quibus obtigit uterus, grandeſcente fœtu, abortiunt. quibus in figuræ defectu peccat veſica, hi ſingulis pene momentis, urinam reddere coguntur. Sic & qualis cranij, talis etiam contenti cerebri figura, taleſque divini illius viſceris actiones. Accedens itaque ad ægrum medicus vitioſâ præditum capitis figurâ, delirij, phrenitidis, ſimiliſve affectionis metum ſibi ipſi incutiet, indeque majori talem ægrum eſſe in diſcrimine judicabit. Videat quem craſſo præter modum præditum cranio (fragmenta vulneris hac de re certiorem eum reddent) de tali protinus melius ſperandum ſciet, craſſitie ictuum vehementiæ efficacius reſiſtente. Iam verò, quantum ad vulnerati captis curationem poſsit futurarum diverſitas, vel inde patet, quod cum non liceat chirurgo ſcalpris uti ipſo futurarum loco, ſi quem offendat inuſitatas habentem futuras, hoc ipſum annon moram curationi injiciet?

ὅδε αἱ ῥαφαὶ τῆς κεφαλῆς πάντων κῆ ταὐτὰ πεφύκασιν.

Neque cranij ſuturæ omnibus ſimilem oſtendunt ſitum.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 27 sur 280

OBIU Santé

Idipſum prægreſſo jam explicatum paragrapho. Quem habet uſum? maximum ſane: ipſis namque futurarum locis quum ob filamenta membranoſa, nec ſcalpris radere, nec trepano uti liceat, ſummè circumſpectum eſſe chirurgum oportet, an non in illo ipſo ad quod curandum vocatur cranio, futuræ varient. Celſum audi cap. 4. lib. 8. *Ergò quà plaga eſt, demitti ſpecillum oportet, neque nimis tenue neque acutum, quod ubi ad os venerit, ſi nihil niſi læve & lubricum occurrit, integrum id videri poteſt. Si quid aſperi eſt, utique qua futuræ non ſunt, fractum os eſſe teſtatur. A futuris ſe deceptum eſſe Hippocrates memoriæ prodidit: more ſcilicet magnorum virorum, & fiduciam magnarum rerum habentium. nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt: magno ingenio multaque nihilominus habituro, convenit etiam ſimplex veri confeſſio, præcipueque in eo miniſterio quod utilitatis cauſa poſteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione quâ quis ante deceptus eſt.* Vides? ipſi Hippocrati futuræ impoſuere, neque id abſque proximi internecione. Verumne, dicat quis? miror neotericorum nonnullos hac in parte velle Hippocratis manibus blandiri, quum ipſe id fateatur imò teſtetur apertiſsime ac

inge-

©BIU Santé

ingenue 5. Epidem. hiſtor: XXVII. his verbis: *Autonomus in Omilo ex capitis vulnere mortuus eſt die XVI. media æſtate, lapide ex manu ictus in ſuturas in medio ſyncipite. quare non animadverti ipſum ſecari opus habere: deceperunt enim me ſuturæ, habentes in ſeipſis jaculi læſionem: poſtea enim id conſpicuum fiebat.* Anne ingenua hæc veritatis confeſsio vitio verti debeat viro magno? honori. ita judicat Celſus loco citato; ita Plutarchus de Pulchrit. Virtut. ita Fabius lib 3. cap. 8. *nam Hippocrates clarus arte medicinæ, videtur honeſtiſſimè feciſſe, quod quoſdam errores ſuos, ne poſteri errarent, confeſſus eſt.*

Nunc Author exempla aliquot capitum in figura laborantium, indeque vitioſarum ſuturarum dabit.

ἀλλ' ὅσις μὴ ἔχῃ ὅπ τῶ ἔμπροσθεν τῆ κεφαλῆς προβολὴν (ἡ δὲ προβολή ἐστι τὸ τοῦ ὀστέου ἔξέχον στρογγύλον πρὸ τοῦ ἄλλου) τέτε εἰσὶν ῥαφαὶ πεφυκυῖαι ἐν τῇ κεφαλῇ ὡς γράμμα τὸ ταῦ, Τ γράφειαι. τὴν μὲν γὰρ βραχυτέρην γραμμὴν ἔχῃ πρὸ τῆς προβολῆς ὀρθαρσίαν πεφυκυῖαν τὴν δ' ἑτέρην γραμμὴν ἔχει διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς κατὰ μῆκος ἐς τὴν τραχηλον ἀιεί.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 29 sur 280

©BIU Santé

Verum priore capitis parte prominentiam habens (est prominentia, id ossis quod secus ac alia rotundè exstat) huic capitis futuræ litteram T *referunt. Habet namque productam lineam breviorem transversam à naturâ ad prominentiam, altera per mediam calvam semper ad cervicem pergente.*

Proponit vitiosi cranij exemplum primum, cujus frons protensa, in acumen veluti desinit. quo enim magis centrum frontis (illud voco, locum contactus sagittalis & coronariæ futuræ) anteriora versus producitur, eò arcuatam suam, & unde nomen habet coronariam figuram, magis amittat futura coronaria necesse est; perit enim frons. quæ res futuram illam non corniculatam ac incurvam amplius, sed planam reddat necesse est; manente interim eodem modo futurâ sagittali, quæ se habet in modum perpendiculi ad jam dictam. quod ipsum T majus græcum referat necesse est.

a *Locus concursus futuræ sagittalis cum coronaria, extensus anteriora versus.*


bb *Corniculata coronariæ futuræ latera, nunc obliterata planaq; reddita, ob extensum, anterioraq; versus protractum locum.*

c *Contactus lambdoidis futuræ & sagittalis.*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 30 sur 280

©BIU Santé

22.



ὅσις δὲ ὀπιθεν τ̃ κεφαλῆς τὴν περιβολὴν ἔχει, αἱ ῥαφαὶ τότε πεφύκασιν ἰὰ ναυλία ἢ τῷ περιέ-

χῳ. ἢ

©BIU Santé

ρω. ἡ μὲν γὰρ βραχυτέρη γραμμὴ, περὶ τὴν προβολὴν πέφυκεν τῶν ἀκροτάτων. ἡ δὲ μακροτέρη, διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς πέφυκεν ἐπὶ μῆκος ἐς τὸ μέτωπον ἀεί.


At cui poſtica capitis pars prominet, huic ſuturæ contrario modo ac in priore ſe oſtendunt. Etenim tranſverſa linea brevior fertur ſuper prominentiam, longior verò per mediam calvariam perpetuo ad frontem exſeritur.

Hic paragraphus intellectu difficilis non eſt, percepto priore. contrariorum etenim contraria quum ſint conſequentia, ſi cui caput parte poſticâ fronti objectâ extendatur admodum, locus concurſus ſuturæ ſagittalis & lambdoidis acumen ſuum amittat neceſſe eſt, tractus poſteriora verſus, perditoque occipite. itaque poſteriora capitis T litteram exhibebunt, uti præcedente paragrapho anteriora.

a. Com-

©BIU Santé

25.



a Concurſus ſuturæ ſagittalis & lambdoidis; cujus incurvæ partes laterales jam deperditæ, quia locus acuminatus. a. retractus poſteriora verſus planum efficit occiput. itaque una cum ſagittali conſideratus ſutura, etiam hic T exhibebit.

D

©BIU Santé

ὅσις δὲ καὶ ἀμφοτέρωθεν τῆς κεφαλῆς προβολὴν ἔχῃ, ἐκ τε τοῦ ἔμπροσθεν καὶ τοῦ ὄπισθεν, τούτῳ αἱ ῥαφαὶ εἰσὶν ὁμοίως πεφυκυῖαι ὡς γράμμα τὸ Η γεγράφεται. πεφύκασι δὲ τῶν γραμμῶν αἱ μὲν μακραὶ, πρὸς τῆς προβολῆς ἑκατέρης ὑπάρχουσι πεφυκυῖαι, ἡ δὲ βραχεῖα διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς κ' μήκει πρὸς ἑκατέρῳ τελευτῶσαι * τὴν μακρὰν γραμμήν.


μακρῆσι γραμμῆσι alij.

Cui verò caput utrimque tam anterius quàm posterius prominet. huic suturæ Η litteræ similitudinem habebunt. longiores verò lineæ transversæ super utramque feruntur prominentiam, cum brevis per medium caput in utramque desinat longam.

Tertium exemplum cranij ita vitiosi, tam uti frons quàm occiput producta, obliterent acumina & coronariæ & lambdoidis futuræ. tali casu sagittalis velut rectâ lineâ utrimque in planitiem desinens H græcorum referat necesse est, uti hæc exhibet figura.

a. & b.

27.



a. & b. loca quibus ſagittalis c. tangit tam

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 35 sur 280

©BIU Santé


coronariam quàm lambdoidem futuras. utraque namque producta & anteriora posterioraq; verſus tracta, parte acuminata coronariæ lambdoidiſque, utramque curvaturas ſuas amittere neceſſe eſt, ac relinqui lineas rectas, deletis cornicularibus. quas utrimque tangens ſagittalis, ἦτα majus græcorum H exhibet.

ὅσις μήδ' ἑτέρωθι μηδεμίαν προβολὴν ἔχῃ, ἔσ ἔχῃ τὰς ῥαφὰς τ κεφαλῆς ὡς γράμμα τὸ χῖ χ γράφεσθαι. πεφύκασι δὲ αἱ γραμμαὶ, ἡ μὲν ἑτέρη, παρὰ πλάγιον πρὸς τὸν κρόταφον ἀφίκνουσα, ἡ δ' ἑτέρη κατὰ μῆκος διὰ μέσης τ κεφαλῆς.

At caput neutra ſui parte prominens, futuras oſtendit inſtar litteræ χ. ita namque ductæ apparent lineæ, earum altera uti tranſverſim ad tempus tendente, altera per capitis medium in longum ſe efferat.

Quartum cranij in figurâ vitium habentis exemplum, χιασμὸν efficiens. Cum etenim tam frons quàm occiput velut præciſa ac in totum obliterata ſint, adeo in ſe contrahantur neceſſe eſt loca acuminata tam coronariæ quàm lambdoidis futuræ, deleta uti ſagit-

ſagittali, in modum χ græcorum ſeinvicem interſecent.



©BIU Santé

a. b. c. d. denotant partes incurvas laterales tam coronariæ quàm lambdoidis futurarum. contracta namque tam frontis quâm occipitis prominentiâ adeo, acutos angulos neceſſe eſt faciant futura lambdoides & coronaria, ut acuminatis partibus ſibi invicem occurrant ac ſeinvicem, tangant in vertice, loco hic notato. e. Ita ut acuti ambo anguli juncti tranſverſis ſuis lineis lateralibus (quæ tunc rectæ neceſſe eſt ſint, quum curvæ apparerent ante) in modum χ græcorum ſeinvicem ad angulos rectos ſecent. Verum hic caſus imaginatione potius quàm revera excogitari exiſtereve poteſt. nam naturalis quæ cranio contigit longitudo, jam in latitudinem aut rotunditatem converſa eſſet. monſtrum te videre dixeris, eiuſcemodi ſi occurrat caput, quid? quod ne vivere quidem videatur poſſe talis homo, homo ſi dicendus, quum tantum utrimque ab ipſo cerebro decedat neceſſe ſit. Videatur hanc ad rem Gal. 9. uſ. part. cap. 17.

Δίπλοον δὲ ἔστι τὸ ὀστέον κατὰ μεσὸν τὸν κεφαλὸν

Eſt autem cranium duplicatum in capitis medio.

Quum propoſitum ſit Hippocrati hoc libello

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 38 sur 280

©BIU Santé


prosequi Capitis vulnera, præmittit nonnulnulla naturam conditionemque partis affectæ explicantia; cum absque partis affectæ probâ cognitione, impossibile sit nonnaturales ejusdem affectiones methodicè curare. Si namque similares fuerint partes, remedia sibi analoga requirunt. illa quo pacto adhibebuntur ab eo, cui partis natura minus fuerit perspecta? si dissimilares, sciat medicus necesse est, diversimodam eas requirere curam, pro ut non omnes eas constituentes partes similares simili se habent modo. Iccoris gibba, aliter quàm cava tractanda, quia exterior membrana, quàm interna exquisitius sentit. Pulmonis non nisi parenchyma tactum, aliam exigit curationis methodum, quàm ejusdem bronchia si quoque læsa sint. Idem in cerebro, prout ejus aut membrana, aut ipsa medullositas in vitio est, locum habet. Idem omnino in cranio observandum, quum se non eodem habeant modo omnes ac singulæ à quibus constituitur partes. patet futurarum exemplo, quum non eodem debeat modo tractari cranium loco futurarum, quàm ubi nullas habet. neque omnibus partibus eadem ratione se habere quoad crassitiem,

©BIU Santé

tiem, duritiem, mollitiem, nimis notum eſt. Hac de cauſa ſecundum monitum præmittit Hippocr: *Curaturus cranium cum iudicio, monendus eſt, διπλόον exiſtere.* Conſtat hæc cautela duabus partibus. 1. ait duplicatum eſſe cranium. 2. Duplicitatem illam, ſe oſtendere circà calvæ medium. Ad prius quod attinet, notum illud, duabus tabulis ſive laminis (uti vulgo loquuntur Chirurgi) per intermediam junctis medullam, conſtare capitis os. Nonne eodem modo alia ſe habent oſſa? minimè verò. Fiſtuloſa non poſſunt dici diploa; quum potius quatuor conſtent lateribus, quæ cavernoſa. diploa illa cuncta dixeris merito, quamvis medulla non æquè luxuriet in omnibus. reperias adeo tenuia nonnulla, imaginatione uti potius quàm ad ſenſum tabularum duplicitatem oſtendere queas. Petroſa oſſa exemplo ſunto; occipitis oſsis non contemnenda portio; adde ſcapulas. In frontis oſſe, ſincipitis, ſpinæ vertebris, coſtis, coxis, contrà ſe res habet. At annon ipſa ſubſtantia oſſea fiſtulas brachiorum ac crurum cingens duplicata? Vix ac ne vix quidem apparet. & quorſum? duplicitatis in oſsibus latis laminoſis illa cauſa, nutriri

©BIU Santé

33.



a. Externa Tabula.
b. Interna Tabulis.
c. Meditullium Tabula interiectum.

triri uti possent. Interposuit namque duabus

©BIU Santé

tabulis natura provida medullam, proximum oſsium nutrimentum. at verò illam abundè fiſtulis ſibi reconditam habent rotunda ac oblonga. Ita ipſa interior ventriculi, veſicæ, uteri capacitas; interna venarum ac arteriarum fiſtuloſitas, nullos neque oſtendit neque habet ſanguineos ramos; quum ſpatium membranarum intermedium habeat. inde namque eſt, dyſenteriæ quòd præbeatur anſa, ſi membranarum exterior exedatur in inteſtinis. quid? non eadem de cauſâ epidermis cuti impoſita, eaque ablatà protinus ſanguine madere extimam ejus ſuperficiem cernimus? eadem hic naturæ cauſa. Nullum autem in capite reperire eſt os, adeo liberaliter medullâ donatum, uti cranium, calva potiſsimum. quod evidenter oſtendit trepani uſus; ſimul ac namque trajecta inſtruſtrumento exterior tabula, obruit te ſanguinolenta medulla. Cauſam porrò luxuriantis hic medullæ reor, ut calore cranij oſſa largiter perfunderentur. Sunt namque non ſolum frigida reliquorum oſsium in modum, aëriſque ſecus ac reliqua expoſita, verum inſuper tegumento exiſtunt viſcerum nobiliſsimo, exſangui, ac frigido, cui tegmen algidum parum

©BIU Santé

rum præſtaret opis: Moneatur itaque chirurgus, facillimè cranio læſo inflammationem ſupervenire, impedientem non parum vulnerum capitis curationem. Documento ſit trepani uſus, quod ferramentum nî dum circumagis aliquoties exemtum lacti, aquæ, aut ſaceo immergis, ſicque æſtum ejus temperas, ſciſſum cranium inflammari cernes. Quid trepanum dico? idem non ſemel in ſcalpturæ uſu obſervavi, incaluiſſe præ multijugâ raſurâ ſcalprum, oſsíque igneum communicaſſe calorem. Hæc itaque utilitas moniti hujus ſecundi. Habebitque hæc res in ſequentibus locum, ubi ad inſtrumentorum cephalicorum uſum ventum fuerit. Docebitur etiam tum, aliter tractandum cranium, cujus non niſi una, ac cujus utraque tabula fiſſa fractave.

Illud porrò in hac cranij duplicitate notatu dignum, fieri ſubinde (exemplum non unum mihi notum) præ ictu valido, à telo obtuſo in caput incidente, fieri inquam, ut medulloſitas quam tabulis interpoſitam cernimus, è ſuis excuſſa expreſſáque cavernulis, inflammata ac putrilagine tacta, in eandem inflammationem imò & putredinem ipſum

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 43 sur 280

©BIU Santé

os traxerit; cranio dico integro, neque ullam oſtendente fiſſuram, multo minus fracturam. Anne hic caſus ſub Infortunio, poſtremâ ſpecie læſionis, cranij quam Hipp. ſtatuit referri debet? Verè enim infelices tales ægri. quum namq; inſenſile ſit os, ſenſu ſaltem præditum obtuſo valde, paulatim ejus ſubſtantia contaminatur, exeſaque interna tabulâ, ſtillans in ſubjectum cerebrum putrida ſanies, vixdum querulos abripit ægros. Altera hujus moniti pars dicit, diploon eſſe cranium, κατὰ μέσην τὴν κεφαλήν. Quæ verba diverſimodè interpretari video; alius *ad medium caput*; alius, *calvaria media duplex eſt*. Mens authoris eſt, medulloſitatem potiſsimum apparere loco ſive ſpatio tabularum oſſearum medio; Meditullium non inconvenienter dixeris. Quamvis & illa interpretatio aliquando non diſplicuit, omnium manifeſtiſsimam eſſe medullam in capitis medio. quodnam illud? quod lateribus opponitur. ut hæc ſit mens; memor ſit chirurgus, ſi frangatur os aliquod ſincipitis, aut os frontis, hiſce locis magis luxuriare medullam, quàm ſi petroſa oſſa aut faciei laborent. Hæc autem loca reſpectu laterum quibus opponuntur, capitis medium conſti-

©BIU Santé

conſtituunt. Prior interpretatio placet magis, quòd hoc eodem paragrapho Hipp. pluribus mentionem faciat medulloſitatis hujus, quam ſpatium tabularum medium continet; dicens, hac de cauſâ, eas quà ſe invicem reſpiciunt tabulæ cranij ſuperficies, externis molliores exiſtere; nam ob medullam molleſcunt. Eſſe ibi oſſa ſpongiæ ſimilia, quæ ſi digitis premantur, ſanguinolentam erumpere medullam: ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον, καὶ μάλιστα, σπογγώδες ἐστιν, inquit. Ita hoc eodem de vulneribus Capit. libro locus eſt, ubi de carne & excreſcentiâ vulneribus non rarò ſuperveniente agens, inquit: φύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου *ſuccreſſit autem ex oſſis diploe.* Huc accedit, quòd Gal. 6. meth. cap. 6. ipſam ſecundam ſive internam tabulam διπλόα vocari ſcribat; quodipſum à nullo veterum notatum memini. Verba ejus ſunt: *Ergo de calvariæ fauciuris quædam uſque ad ſecundam laminam,* " *quam græcè* διπόην *vocant, perveniunt.* Porrò & " illud ſciendum, Græcos hanc vocem etiam alijs ſubinde accommodare. Gal. 6. meth. cap. 5. Cerebrum vocat διπλόον. ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἀνθρώπου, inquit, ἐστὶ διπλόος, *Cerebrum humanum duplicatum eſt.* Ita Hippocrates de geminata

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 45 sur 280

©BIU Santé

respiratione agens lib: de morbo sacro, inquit: διπλόον ἐπαναπνεῖν, *geminatâ respiratione respirare.*

Etiam illud addo, neotericorum nonnullos, neque eos gregarios, cranium statuere triplicatum, habentes ipsam medullositatem tabulis interjectam pro lamina tertia. Neque revera omnino de nihilo est quod dicunt, sicuti diligenter ipsam medullositatem intuenti, in cranijs potissimum crassioribus, patere poterit. Verùm hac de re paulo post plura.

Σκληρότατον δὲ καὶ πυκνότατον αὐτὸ πέφυκεν τὸ ἀνώτατον, ἡ ὁμοχρόη τοῦ ὀστέου τῷ τῇ σαρκὶ. καὶ τὸ καλώτατον τὸ πρὸς τῇ μηνύγγι, ἡ ὁμοχρόη τοῦ ὀστέου ἡ κάτω. διαχωρέον δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνωτάτου ὀστέου καὶ τοῦ καλωτάτου. ἀπὸ τῶν σκληροτάτων καὶ πυκνοτάτων ἐπὶ τὸ μαλθακώτερον καὶ ἧσσον πυκνὸν καὶ ἐπικοινώτερον ἐς τὴν διπλόην. ἡ δὲ διπλόη κοιλότατον καὶ μαλθακώτατον, καὶ μάλιστα

* Alij συνεγγῶδες. * ἰκοῖα alijs.

*σπογγώδες ἔστιν. ἔστι δὲ σχεδὸν τὸ ὀστέον τῆς κεφαλῆς, πλὴν κατὰ ὀλίγα τέ τε ἀνωτάτου, καὶ κατωτάτου, ἀπόγλω ὁμοίως. καὶ ἔχει τὸ ὀστέον ἐν ἑωυτῷ * ὅμοια σαρκία πολλὰ καὶ ὑγρὰ καὶ ἵππος αὐλοὶ διατρίβοι

τοῖσι

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 46 sur 280

©BIU Santé


τοῖσι δακτύλοισιν, αἷμα αὖ διαγίνοιτο ἐξ αὐτῶν. ἔνι δ' ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ φλεβία λεπτότερα καὶ κοιλότερα, αἱμαλέα πλέα. σκληρότητι μὲν νεῦ καὶ μαλακότητι καὶ κοιλότητι, ὧδε ἔχει. παχύτητι δὲ καὶ λεπτότητι, ὅτως.

Cranij ossa & à parte summâ quà carnem habet, & imâ quà membranam tegit, durissima apparent, densissimaque. Verum discedenti tibi à summo & imo, loco duritiei & densitatis, mollitiem majoremq; offendes cavitatem, idq; pergendo versus meditullium, ibi sibi invicem nectuntur. ibi cava, manifestè mollia, imo spongiæ similia deprehendes. Imò universum caput, parte exiguâ exceptâ, spongiam refert, plenam carunculis humidis, quas digito si premas, sanguinem prodire cernes. Etiam tenues venulas discurrentes videbis, sanguine abundantes. Quod itaque ad duritiem, mollitiem, ac cavitatem cranij attinet, res uti dixi sic se habet; Quod verò ad crassitiem ac tenuitatem, hoc modo.

Moni-

©BIU Santé

33.



a. Externa Tabula.
b. Interna Tabulis.
c. Meditullium Tabula interiectum.

Monitum prodromum tertium. Cui tamen aliqua

aliqua cum ſecundo affinitas. Duabus quum conſtet tabulis cranium, certum eſt, extimam externæ tabulæ ſuperficiem reſpicere perioſtion; uti extimam internæ tabulæ ſuperficiem, duram menyngem: contrà, internæ tabularum ſuperficies illæ ſunt, meditullium quæ reſpiciunt. Sciendum itaque eſt, exteriores ſuperficies interioribus & duriores & ſolidiores longè eſſe, quum non molleſcant ab humiditate medullæ. Quo fine hæc monentur, dicat quis? eo, ſciat uti chirurgus, in purgando oſſe, delendis raſurâ fiſſuris, eximendis modioli uſu fragmentis, liberius confidentiuſq; tractari poſſe ſuperficies cranij exteriores, interioribus. Celſum audi cap. 3. lib. 8. *Sed tum majore curâ agendum eſt, cum jam aut ſimplex os dimidium perforatum eſt, aut in duplici ſuperius. Illud, ſpatium ipſum, hoc ſanguis ſignificat. Ergo tum lentius ducenda habena* (modioli nimirum) *ſuſpendaque magis ſiniſtra manus eſt, & ſæpius attollenda, & foraminis altitudo conſideranda.*

Hæc itaque eſt hujus moniti utilitas. ad quod duo noto. 1. Exteriorem tabulam multò eſſe interiore craſsiorem. 2. interiorem exteriore eſſe & tenuiorem & multò duriorem,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 49 sur 280

©BIU Santé

magiſque fragilem. Oſtendit id Reſonitus ſeu Contrafiſſura, quà videmus præ ictu in externam incidente tabulam, findi internam, integrâ manente externâ. Ita hac de cauſâ, Temporum oſſa Petroſa dicta fuere, quod tenuia licet, dura tamen ſint, & ſaxi inſtar fragilia.

ἡ ὁμοχροίη τῶ ὀστέω ἰσχὺς τῇ σαρκί. in ὁμοχροίας voce nonnulli admodum ſe torquent. puto bene eos judicare, qui per hanc, lævitatem glabritiemve intelligunt. ita namque Celſus, fideliſſimus Hippocratis interpres, cap. 1. lib. 8. *Calvaria ex interiore parte concava, extrinſecus gibba: utrimque lævis, & qua cerebri membranam contegit, & qua cute capillum gignente contegitur.* Per *lævem* Celſus glabrum, nitidum, æquale, quod nullam exhibet aſperitatem, intelligit. talem oportuit eſſe externam internæ tabulæ ſuperficiem, ne ejus inæqualitate ſcabritieve, attollente ſe cerebro, dura menynx offenderetur; debuit & exterior nitida eſſe, ad evitandam deformitatem.

ἔνι δ' ἐν τῷ ὀστέῳ & φλεβία λεπτότερα & κοιλότερα.

Text. *Sunt etiam in oſſe exiles venulæ, cauæ.*

Dili-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 50 sur 280

Diligenter ſi quis excutiat quod meditullio continetur, non ſolum humidam fluxilemque inveniet medullam, verum inſuper ſubſtantiam longè duriorem, quæ medullam continet; quæ manibus tractari poteſt, quæ circumſcriptionem nacta eſt ſatis ſolidam; quam, in modum mollis ſpongiæ, ſi premas, exſudantem, haud aliter ac è ſpongiâ aquam, cernes medullam fluxilem. Haud pene aliter ac in alvearijs favum videre eſt, qui loculamenti vicem præſtat melli ac ceræ, & quâ compreſsâ, mel ſe effundit. Tuberculis multis exilibus hæc ſubſtantia prædita, medullâ plenis, cavernoſis. illa vocat σαρκία ὑγρὰ, comparativè nimirum. Sicuti namque in ulceribus quotidie animadvertimus, lacunâ ſiccatâ ac purgatâ, regigni novam carunculam guttatim & per certa quædam punctula quarum plura juncta integram partem cõſtituunt carneam; eodem, inquam, omninò modo hoc loco ſe habent tubercula iſta medullam continentia. Subſtantia eſt telis aranearum ſimilis, mollis; & tamen certis intervallis diſcreta. hanc venis comparat. Non enim dicit hoc meditullio venas ſenſui conſpicuas reperiri, verum particulas haud aliter protuberantes,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 51 sur 280

©BIU Santé

ac ſi venarum extrema ſeu oſcula videas. Ita, neque aſſerit hic eſſe carunculas ſive particulas carneas, ſed ὁμοίοις utitur voce; καὶ ἔχει τὸ ὀστέον ἐν ἑαυτῷ ὅμοια σαρκία πολλά. Reſpectu hujus ſolidioris ſubſtantiæ quam ſpongiæ comparat Author, neotericorum nonnulli tres ſtatuunt tabulas cranij, externam, internam, & hanc mediam è qua tertiam faciunt. Niſi religio mihi eſſet, abſque magnâ cauſâ, quid in Veterum ſcriptis receptaque tot ſæculorum ſententiâ mutare, ſubſcribendum huic opinioni dicerem. vel eò magis, ab Arantio, maximo Anatomico, eam quod foueri videam. Vidi & illud, nec ſemel vidi, in vulneribus capitis quibus fragmentum ab externâ ablatum tabulâ meditullium detexit, quoties reficerentur vulnera, hæſitaſſe inſtrumenta quibus chirurgus utebatur, præſertim annoſa ſi eſſent capita. ita ut puram putam medullam liquidam quis immerito vocarit. Servavi aliquamdiu domi fruſtrum oſsis cranij fracti, cui adhærebat media hæc tabula: in illo, ſiccatâ abſumtâque ipſâ medullâ liquidâ, evidenter apparebant cellulæ ſexangulæ, quadrangulæ, triangulæ, referentes omni ex parte apum operis fundamentum.

Συμπά-


Συμπάσης τ κεφαλῆς τὸ ὀστέον λεπτότατόν ἐστιν ⁊ ἀσθενέστατον τὸ κῆ βρέγμα, ⁊ σάρκα ὀλιγίστω, καὶ λεπτοτάτω ἔχει ἐφ' ἑαυτῷ ταύτῃ τ κεφαλῆς τὸ ὀστέον. καὶ ὁ ἐγκέφαλος κῆ τοῦτο τῆς κεφαλῆς πλεῖστος ὕπεστι.

Vniverſi capitis id os tenuiſſimum & maximè infirmum eſt, ubi bregma apparet, idemque carne tegitur pauciſſimâ. Hoc item loco, plurimum ſubjectum eſt cerebri.

Continent hæc quartam cautelam prodromam. Non ſunt (inquit) æquè periculoſa capitis vulnera; ſive non eſt indifferens (ipſius oſsis reſpectu) quo loco ſeu qua parte capitis quis vulneretur. Quis locus maximè periculoſus? plærique omnes, Tempora reſpondebunt: quum illud, non tam ipſius oſsis, quam temporalis muſculi, oſsi petroſo impoſiti, fiat reſpectu. Ipſius oſsis læſi ratione, nullibi periculoſiores incidere ictus aſſerit Hipp:, quàm in ipſum Bregma. Βρέγμα is dicitur locus Oſteologis, ubi concurſus fit futurarum ſagittalis, & coronariæ.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 53 sur 280

©BIU Santé



a. Locus Bregmatis, Apertus In Primum Natis, Palpitantem Os tendens Verticem.

Vbi inquam ſagittalis perpendiculariter tangit coronariam. Locus ſic dictus græcis, ἀπὸ τοῦ βρέχειν, à mollitie ac humiditate. nam illum locum aliquamdiu poſt partum, in infantibus, apertum manere, docet ſenſus quotidianus, oſtendens palpitans cerebrum. Qui ob id, Fons capitis, obſtetricibus dicitur; quòd per hunc ſuperflua in utero tot coacervata

vata menſibus, eructare ſoleat natura provida. Nec in primum natis tantum, in adultis etiam quandoque; uti nobilis illa apud Clariſs. Hildanum hiſtoria obſervat. Chirurg. Cent. 2. obſervatione 8. ſatis oſtendit: *Magiſter, inquit, Petrus Faber Ferrarius, Vicinus meus Hildenæ, in patriâ, anno 1593, ad conjunctionem ſuturæ ſagittalis cum coronali, ſecuri percuſſus, cum inſigni cranij fractione, mox in terram ſemianimis decidit, & cibum indigeſtum evomuit. Ego vocatus, vulnus ſatis hians cum maxima, & ad duram menyngem uſque, cranij fractione, offendi. Multa, graviſſimaq; ſymptomata ſupervenerunt, in primis verò dolor & inflammatio, quæ multum negotij mihi faceßére. Tandem ſummâ adhibitâ diligentia, multiſque extractis oſſium fragmentis, cerebro item ſatis expurgato, divino favore, ſymptomata paulatim remiſerunt, ita ut convaluerit. ulcus verò in fiſtulam degeneratum, nullâ diligentiâ, nullaque arte adhibitâ, cicatrice obducere potui. Sed quod exitioſum atque mortale ſibi fore videbatur, in maximum commodum ceſſit. Cum enim antea continuo cephaleâ vexaretur, poſtea ſanus, & ab omni dolore capitis liber, per multos annos vixit, & forſan adhuc vivit. Hiſtoriam verò hanc non ideo recenſui, ut terebrationem ſuturarum probem; quin potiùs tyrones, ut*

ab eâ


©BIU Santé

„ *ab eâ abſtineant, adhorter, & quidem propter gra-*
„ *viſſima, quæ indè ſequuntur ſymptomata. Sin autem*
„ *contuſiones maximæ ad ſuturas occurrant, præſtat*
„ *ex unâ atque alterâ parte ſuturæ potius, quàm in*
„ *ipſâ ſuturâ os ſecare.*


Hiaturam illam, in pueris paulatim inducto oſsiculo, claudit natura; quod ipſum peculiari dote Epilepſiæ convenire, non deſunt qui aſſeverent. Hunc locum dicit Hipp: etiam in adultis eſſe λεπτότατον, tenuiſsimum: docet id ſenſus, quo videmus bregmate lumini obje&o, tranſparentem eſſe hunc locum; & quia tenuiſsimus, idcirco etiam ἀσθενέστατον maxime debilem, quique levi de cauſâ pertundi poteſt. Hæc res peritos movit medicos, qui topica convenientia alterato cerebro (irrigationes, perfuſiones, inunctiones, ſacculos, cauteria) huic loco adhiberi præcipiunt, certi eorum efficaciam facilius per os hoc tenue, quàm craſſum ſe trajecturam. Catarrhum ferinum, maximo impetu è capite in ſubjectum pulmonem ruentem, eumque exulcerantem, cauterio hic admoto ita compeſcere ſolemus. Num hac oſsis hujus loci tenuitate motum credemus maximum Fernelium, cur exiſtimet, materiam

Arthri-

©BIU Santé



©BIU Santé



Arthritidis omnem hoc coäcervari loco, indeq; in ſubjectas fluere partes? Ex his facile eſt elicere hujus moniti rationes. Sunt eæ plures & notatu dignæ omnes; quarũ nonnullas adfert ipſe Hippocrates, reliquas nos adjiciemus. L. συμπάσης δὲ κεφαλῆς τὸ ὀστέον λεπτότατόν ἐστι καὶ ἀσθενέστατον. *quoniam in univerſo cranio nullum reperire eſt locum, tenuiore infirmioreque oſſe præditum.* Quo autem tenuius imbecilliuſq; os exiſtit, eo minus reſiſtere ictuum poteſt vehementiæ. 2. hunc locum, *minimum habere carnis*. quid mirum, quum namque eo magis luxuriet caro, quò plus habet nutrimenti, os autem hoc ob tenuitatem parum contineat medullæ, quid mirum, inquam, minus hic luxuriare carnem? 3. *plurimum cerebri huic ſubjectum eſt loco.* an hoc ita eſt? non abundat hoc loco magis quàm alio cerebrum, ſed cerebrum hic quum arcuetur attollaturque maximè, ut convexam cranij partem repleat, vicinius etiam eſt, propiuſque calvæ adhæret; hinc fit præ externâ violentiâ uti efficacius patiatur, quam ſi in alium aliquem incidat ictus locum. Tribus hiſce adductis rationibus jam concludit.

©BIU Santé

καὶ διὸ οὕτω ταῦτα ἔχει τῶν τε τρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ μέγεθος, καὶ ἐλαττόνων, καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, τὸ ὀστέον ταύτῃ τῆς κεφαλῆς φλᾶται τε μᾶλλον, καὶ ῥήγνυται, καὶ ἔσω ἐσφλᾶται. καὶ θανασιμώτερά ἐστι καὶ χαλεπώτερα ἰνθρόεσθαί τε καὶ ἐκφυγγάνειν τὸν θανάτον ταύτῃ, ἢπου ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς. ἐξίσων τε ἐόντων τῶν τρωμάτων, καὶ ὁμοίως τε τρωθεὶς καὶ ἧσσον, ἀποθνήσκει ἄνθρωπος, ὅταν καὶ ἄλλως μέλλῃ ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ ὁ ταύτῃ ἔχων τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς, ἢπου ἄλλοθι. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος τάχιστά τε καὶ μάλιστα κατὰ τὸ βρέγμα αἰωρέεται τῶν κακῶν, τῶν γινομένων ἔντε τῇ ζαρκὶ καὶ τῷ ὀστέῳ. ἐπὶ λεπτοτάτῳ γὰρ ὀστέῳ ἐστὶ ταύτῃ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ ὀλίγῃ ζαρκί. καὶ ὁ πλεῖστος ἐγκέφαλος ἐπὶ τῷ βρέγματί κεῖται. τῶν δ' ἄλλων τὸ κατὰ τὰς κεφαλὰς ἀσθενέστατόν ἐστιν. συμβαλλή τε γὰρ τῆς κάτω γνάθου πρὸς τὸ κρανίον καὶ κίνησις ἐστιν ἐν τῷ κεφαλῷ ἄνω καὶ κάτω ὥσπερ ἄρθρου. καὶ ἢν ἀκοὴ πλησίον γίνεται αὐτέου καὶ φλέψ διὰ τοῦ κεφαλοῦ τέταται κοίλη τε καὶ ἰσχυρή.

Hæc quum ita sē habeant, ubi tela percussionesque fuerint æquè magnæ aut etiam minores, tum & æquè

validè

ualidè uulneratus, os hoc capitis loco magis colliditur, frangitur, aut deprimitur; sicque magis intereunt ægri, difficiliusque sanantur, mortemque effugiunt, quàm alia aliqua capitis parte idem si eveniat. Imò ex pari uulneratione, parique ictu (cum alioquin lethalis est plaga) citius succumbet æger hac cranij parte percussus cum fuerit, quàm aliâ quavis. nam cerebrum citissimè efficacissimeque percipit labem, loco inter frontem & uerticem medio. Ex ceteris, infirmissimum post bregma est Temporum os: nam mandibula caluæ articulatur in temporibus, ibidemque sursum deorsum articuli in modum motitatur. Tum & meatus auditorius huic uicinus est loco. Insuperque cava uena, eaque insignis, per tempora fertur.

Hæc verba quartam continent causam, quur admodum periculosa bregmatis sint vulnera. nam hic locus perpendicularis ac rectilineus quum sit subjecto cerebro, ictus hic evenientes, in se recurrunt, ac velut duplicati, tremulo motu quatiunt concutiuntq; quæcunque intrà cranium sunt; ipsum dico cerebrum, ventriculos, plexum choroidem, nervorum initia, ipsos animales spiritus. unde non rarò mentis perversio, apoplexia, venarum cerebri disruptio, alia-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 61 sur 280

©BIU Santé

que periculosissima mala. Et sicut solares radij, quo perpendiculares magis subjectis locis, eò efficacius agunt; Pilam quoque rectâ lineâ terræ si allidas, altius resilire videbis, quam obliquus si fuerit jactus; Eodem hic fit modo; hocque hisce ingeminatis verbis tacitè vult Author. Qui ea quæ in sequentibus tradit fracti cranij symptomata, hunc potissimum respexit perpendicularem subjecto cerebro locum; nimirum si læsus instar dormientis, expers sensus, deprehendatur. si obcæcati fuerint oculi: si obmutuerit: bilem vomuerit; si ἀθρόος instar animalis malleo icti, conciderit. Hæc enim omnia maximam ac subitaneam significant cerebri commotionem, perturbationem, ac concussionem, quæ non raro etiam integro manente, nec ulla ex parte rupto cranio, mortem percusso adferunt. Talem concussionem peculiari vocula ζέσιν alibi vocat Hipp. uti Coac. sect. 12. aph. 2. ὅσοισιν ἂν ἐγκέφαλος ζεσθῇ καὶ πονέσῃ πληγεῖσιν, ἢ ἄλλως πίπτουσι; ὁ δὲ ἐγκέφαλος ἄφωνοι γίνονται, καὶ ὅτε ὁρῶσιν, ὅτε ἀκούουσι, καὶ τὰ πολλὰ ἀνήσκουσι, *Quibus cerebrum concussum doluitque percussis aut lapsis, continuo non vident, nec audiunt, ac fere moriuntur* Sic & cap. de Cephalalgia aph. 4. καὶ ἰσχυρότατα κεφα-

κεφαλλὼ, ὀλέθρια *Caput concutientia, mortifera.* Exemplum concuſsi præ tremulo motu cerebri eſt in ſternutatione. Etiam Rigor, concuſsionis totius corporis præbet exemplum. Ita & in tuſsi concuſsionis eſt idea; locuſque ad eam rem Hipp. Coac. ſect. 16. aph. 47. ὅσιν ἐν σεσμοῖσιν, πυῶν βορβορώδες ἔρχεται, καὶ δυσώδες, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά. *Quibus concutiendo pus editur cœnoſum ac male olens, ut plurimum intereunt.* σεσμοῖσιν inquit. Tremulo hoc motu vehementer concutiatur cerebrum, omniaque capite contenta neceſſe eſt, quoties in ipſum incidit bregma ictus; tumque potiſsimum quum telo obtuſo plaga infertur, aut quis è loco ſublimi præceps in caput cadit, idque in ſubjectum corpus durum aut ſolidum, in ſaxum puta.

His quintam, ſi lubeat, adde cauſam; quòd in bregma quoties incidit vulnus, metus ſit ne in ſubjectam cerebri diviſuram inſtillans ſanies, certam adferat mortis cauſam. Hiſce itaque rationibus motus Hipp. chirurgum monet, magis uti ſollicitus ſit de vulneribus in bregma, quam in alium aliquem incidentibus locum. Et certe ita eſt, præter ea quæ paulo ante de perfuſionibus,

©BIU Santé

canterijs, ſimilibuſque diximus localibus huic loco adhiberi ſolitis, etiam illud efficaciter oſtendit, non leviter offendi cerebrum ab externis in hunc locum incidentibus cauſis, quod notante Michaële Epheſio, Veteres non fuerint ſoliti infantibus nomina ante octavum imponere diem; experientiâ edocti, perfuſionem bregmatis aquâ frigidâ, non parum offendere cerebrum ſubjectum, facereque ut pueruli conuulſionibus, Epilepſiæ (quam hæc mala infantibus apud nos familiaria?) alijſque periculoſis affectibus corripiantur. Credo hoc motos Libyes, qui Herodoto teſte, lib 4. infantum bregma oeſypo ovillo accenſo inurere ſolebant, ut ea ratione ipſis ſiccius redditum, firmaretur magis cerebrum. Aſſeritque ibidem idem Author, ſana admodum corporis frui conſtitutione Lybies.

ὁ γὰρ ἐγκέφαλος &c. *Cerebrum enim citiſſime percipit, &c.* Licet Hippocr. hoc loco conceptis dicat verbis cerebrum ſentire, nihil tamen aliud intelligit, quam percipere, non vero judicare. uti ex Fallopij ſententia hæc verba bene interpretatur Mercurialis, ſuis in hunc librum notis. Qui ibidem plenius videatur

Ex

Ex cæteris, infirmissimum post bregma est Tem- Tem.
porum os, nam, &c.

Est hæc pars moniti quarti, dicentis non quemcumque cranij locum indifferenter aut æquè periculosè lædi. Omnium periculosissimè in bregmate dixit; addit nunc, post bregmâ cum difficultate ac discrimine ægri, vulnerari os petrosum, ejusque causas adducit tres. I. quod osse hoc læso, metus sit, ne motui inferioris maxillæ, detrimentum inferatur. Inde non contemnenda incommoda, non enim comedere, nec loqui æger posset. at quo pacto? lædi non potest petrosum os, illæso temporali musculo; at is maxillæ motui addictus. præterquam, ossi petroso quòd articuletur arctè immediateque maxilla, rorundos suos processus immittens sinubus temporum prope auditorium meatum; unde & illud oritur incommodum, difficulter quòd solidescat vulnus, ob perpetuum maxillæ motum.


II. Etiam auditui creatur periculum osse hoc læso, ut cui universum auditus organum insculptum.

III. Lædantur necesse est insignia illa temporali musculo concessa vasa, vena, inquam,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 65 sur 280

©BIU Santé

56.



A. Os Iugale; quod ſubit acutus maxillæ proceſſus, cui tendo tempo-
poralis adnaſcitur muſculi; notatus B. Ad radicem vero Iugalis,
C. videre

C videre articulationem processus maxillæ rotundi, in sinum, petroso ossi ad Jugalis radicem insculptum, se immittentem.

insignis arteria, adde etiam nervi, unde hæmorrhagia, spasmus cynicus, convulsio, febris, imo & tracto in consensum cerebro, (cui maxuma cum temporali musculo symphateia) delirium, aliaque incommoda, vulneribus capitis periculi non parum minitantia. Notavit id non uno loco idem Author. 2. de Articul: sect. 20: *Temporalis musculus si læsâ inferiore maxillâ distendatur, aut loco moveatur, torporem ac delirium excitat. Ejusdem lib. sect. 4: Vulnera in temporalem incidentia musculum, lethalia sunt, vomitum ac convulsionem facientia. Coac: sect. 6. aph. 1. Quibuscunque tempora præciduntur, convulsionem è diverso partis præcisæ incurrunt.* Vide hanc ad rem prolixam apud præstantissimum Chirurgum Guil. Fabricium Hildanum, historiam Centur: Observat. Chirurgic. 2. observat. 8.

ἰσχυρότερον δ' ἐστὶ τὸ κεφαλῆς τὸ ὀστέον παντὸς τοῦ ὀστέου τῆς χειρὸς καὶ τῶν ἄλλων, ἢ πᾶν τὸ σῶμα ἔσθ' ὅτε, καὶ σάρκα πλέονα, καὶ βαθυτέρην ἐφ' ἑωυτῷ ἔχει τὸ ὀστέον. Καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων τοῦτό τε τῶν ἀρωσίων καὶ τῶν βελέων ἴσων

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 67 sur 280


©BIU Santé

ἁπαντων καὶ ὁμοίων, καὶ μειζόνων καὶ μᾶλλον ὁμοίως ὑπερωσκόμβῳ, ἢ μᾶλλον ταύτῃ τὸ κεφαλῆς τὸ ὀστέον ἧσσον ῥήγνυται καὶ θλᾶται.

Ex universo cranio, id quod post aurem & verticem est robustius existit, quàm id anteriore quod parte apparet, habetque carnem copiosiorem & altiorem. Et ubi læsiones ac tela sunt æqualia, os hac capitis parte minus frangitur, tum & colliditur.

Et hæc pars est moniti quarti. Quum enim exposuisset, quibus locis cranium periculosius lædatur, subjungit nunc ubinam minus periculosè offendatur. Dixit de capitis parte mediâ & lateralibus, nunc comparationem instituit partis anterioris & posterioris: dicitque, ceteris paribus, periculosiora esse vulnera anteriore quàm posteriore capitis parte incidentia. Causas ibidem duas adducit. 1. quod ossa posteriora anterioribus crassiora sint, hinc & ictus minore noxâ sustineant; & quoque si findantur, sordes fissurâ collectæ, non ita citò in subjectum destillent cerebrum. Anne crassius osse frontis occiput? non verò, sed firmius dicere voluit Author. Firmatur à limbis ac exstantibus lineis quas superficie ostendit internâ.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 68 sur 280



A. *Os occipitis à reliquo cranio ſeparatum.*
B. *Prominentes limbi, ſuperficiè oſſis internâ.*

quod occiput carne tegatur craſsiore. ita

©BIU Santé

eſt, pericranium in occipite craſsius eſt. Accedit, quòd pericranium in fronte muſculum conſtituat, cujus læſiones magna ſecum trahunt incommoda. Notari tamen hic debet, occiput omnino periculo non vacare, cum & ibi muſculi ſint, motubus capitis dicati. Verùm in infima ij apparent occipitis parte, neque facile lædi queunt

Vide ad hoſce muſculos præcedentem figuram, in quâ,

A *Os indicat occipitis.*
B *Muſculos parvos vocatos, capitis motui dicatos.*
C *Portionem muſculorum qui caput extendunt.*

καὶ ἢν μέλλῃ ἄνθρωπος ἀποθνήσκειν ἐκ ἄλλως ἐκ τρώματος, ἐν τῷ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ἔχων τὸ τρῶμα, ἐν πλέονι χρόνῳ ἀποθανεῖται. ἐν πλέονι γὰρ χρόνῳ τὸ ὀστέον ἐμπυίσκεται καὶ διαπυίσκεται κάτω ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον, διὰ τὴν παχύτητα τοῦ ὀστέου. ἐλάττων ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ὁ ἐγκέφαλος ὑπεστι. καὶ πλέονες ἐκφυγγάνουσιν τὸν θάνατον τῷ ὄπισθεν ὑποτετρωμένων τὴν κεφαλὴν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἢ τῷ ἔμπροσθεν.

Et ſi vulnus homini lethale fuerit, diutius tamen ſupervivet poſteriore capitis parte plagam qui accepit. nam tardius ibi os, utpote craſſius pus colligit, ipſumque ad cerebrum tranſmittit. minus etiam cerebri hac capitis parte ſubeſt. fereque fit ut plures evadant poſteriore quam anteriore capitis parte qui vulnerati.

Con-

Concluſio eſt prægreſsi paragraphi, ponens caſus læſi cranij, idq; lethaliter, in fronte & occipite. Ictus vehementia, circumſtantiæ, ceteraque paria ſunto, aſſerit tamen diutius tracturum vitam qui poſterius, quàm anterius qui vulnus accepit. cauſæ hæ. 1. quod robuſtius ſit occipitis os, frontis oſſe, uti jam dictum. 2. quòd univerſa frontis cutis muſculoſa ſit, ſecus ac occipitis. 3. quod frontis os inſignem illam contineat cavitatem, quâ præparatur cerebro aër. nihil autem tale in occipite. 4. quod ſub fronte cerebrum ſit bifidum, hinc metus ſit ne deſtillans ichor diviſuræ ſe infundat, unde educi nequeat. at hac de re, in occipite non eſt metus. 5. Quod cerebrum in occipite non adeo uti in fronte caleat, ideoque non ita facile ac frequenter inflammetur. Calet magis frons duabus de cauſis; ob copiam calidorum vaporum, quos ſubjectum corpus affatim affundit bregmati, utpote loco ſubjecto corpori qui perpendicularis, & per quem conſuevit ſuperflua eructare natura. Accedit, quod ſinus membranæ duræ falci comparatus, continens ſanguinem fervidum, deſinat in frontem. *Frons* inquit in Coac. * Hipp. *ſola continetur non continet.*

**Tum ex eodem hoc libello, paulo poſt.*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 71 sur 280

©BIU Santé

Pag: 62.




Figura oſtendens quo pacto cerebrum anterius bifidum ſit.

AA *Membranæ cerebri ſeparatæ ac reflexæ.*
BB *Cerebrum ipſum paulum diductum, ut conſpicua magis ſit divi-*
C *Cerebri diviſura ab occipite ad nares uſque.* *(ſura*
tinet.

©BIU Santé

tinet. Frons ſola inflammationem incurrit à ca- "
tarrho concitato, cætera loca à catarrho conſiſtente, "
vide Hipp. Coac. ſect. 2. aph. 12. *Cephalagicis* "
ex calvariæ poſticæ fracturâ, ſi craſſior è nare ſanguis "
copiosè fluat, grave malum denuntiat. "

6. Quòd frons oculos habeat, partes nobiliſsimas, quæ hac læsâ in conſenſum facile traherentur:

καὶ ἐν χείμωνι πλέονα χρόνον ζῇ ἄνθρωπος ἢ ἐν θέρει, ὅστις δ' ἄλλως μέλλει ἀποθανεῖσθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὅπου οὖν τὴν κεφαλὴν ἔχων τὸ τρῶμα.

Hyeme autem vulneratus diutius vivit, quàm æstate, quacunque demum capitis parte vulnus accepit, ubi alioqui interiturus est.

Eſt hoc monitum prodromum quintum ac poſtremum. Statue duos æquè periculosè vulneratos, æstate alterum, alterum hyeme. qui æstate percuſſus eſt, ſuccumbet citius, quàm qui hyeme. quæ hujus rei cauſa? non una. 1. quod innatus calor omnia regens & in ſua conſervans integritate, alacrior ſit, & plus poſsit hyeme quàm æstate. vide aph. 12. l. 2. æstivi aëris nos ambientis æstus evocat diſsipatque nativum cranij calorem, hinc medulloſitas ejus facile putredinem incurrit. putredo autem quæ invaſit cuncta, humida, flacci-

©BIU Santé

flaccida, ac inertia reddere ſolet. Ita videmus feminas, pueros, capite læſos, frequentius mori, aut magis periclitari ſaltem, quàm viros aut adultos; quòd humidiora putredinique magis obnoxia illorum ſint corpora. Notum eſt, inſaluberrimum eſſe aërem circà æquinoctialem lineam. teſtes noſtri, infælici illâ Ann. 1599. in illa loca expeditione. Teſtãtur, Orientalem adnavigantes Indiam, quum ad æquatorem perveniunt. 3. minus periculi eſt hyeme à calamitoſis, quæ vulneribus ſupervenire eo aſſolent tempore ſymptomatis, febre dico, &c. obſervavi febrem capitis vulneri æſtate frequenter die. 7. hyeme tardius accidere. 4. hibernus aër familiarior eſt, habetque plus cum temperamento oſsis ſimilitudinis, æſtivo. At, dicit aph. 34. 2. minus nos affici ab ijs quæ nobiſcum ſimilitudine familiaria. Dicat quis, Hippocratem aph. 18. 5 monere, frigus oſsibus eſſe inimicum. Reſp. Eum ibi de oſsibus in genere loqui, non de cranij oſsibus, nam illa calidiora reliquis ſunt oſsibus, ſicuti ante probatum. Etiam de urente intenſoq; ibi loquitur frigore Hippocrates, cui temperies addi hyeme poteſt, extructo foco, alteratoque

BIU Santé

que decubitus loco. Accedat huic paragrapho locus Celsi cap. 1. lib. 2. *Ex anni partibus saluberrimum ver est: proxima dein ab hoc hyems: periculosior aestas: autumnus longè periculosissimus.*

αἱ ὃ ἔδραι τῶ βελέων τῶ ὀξέων καὶ κεφαλέων, ἄυλαι ἐπὶ σφῶν αὐτῶν γινόμεναι ἐν τῷ ὀστέω. ἄνθρωπός τε, καὶ φλάσιος, ἢ ἔσω ἐσφλάσιος. ἄὐται ὃ γίνονται ὁμοίως ἔν τε τῷ ἔμπροσθεν τῦ κεφαλῆς, & ἐν τῷ ὄπισθεν. ἐκ τούτων θανάτος ἢ γίνεται καταγε δίκλων, οὐδ' λὼ γένηται. ῥαφὴ ὃ ἐν ἕλκει φανείσα, ὀστέου ψιλωθέντος, παντάχῃ τῆς κεφαλῆς & ἕλκεος γενομένου, ἀθενέστατον γίνεται τῶ τρώσαντι καὶ τῷ βέλει ἀντέχειν, εἰ τύχοι τὸ βέλος ἐς ἄυλων τινὰ ῥαφῶν ἐμπεσόν. πάντων δὲ μάλιστα λὼ τὸ βέλος ἐν τῷ βρέγματι γινόμενον καὶ τὸ ἀθενέστατον τῦ κεφαλῆς, καὶ αἱ ῥαφαί εἰ τύχοιεν ἔσαι ἐκεῖ τὸ ἕλκος, καὶ τὸ βέλος· αὐτέων τύχοι τῶν ἐῤῥαφῶν.

Postquam acutum & leve telum ossi impressum in id vestigium fecerit, idque ut neque findatur, neque collidatur, neque desidat, (quod tam anticâ quàm posticâ capitis parte evenire potest) ex his quamvis mors sequatur, non tamen similiter neque eodem mo-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 75 sur 280

©BIU Santé

do id fit. Verum ubi oſſe detecto ſutura in vulnere conſpicitur, quocunque id conſpiciatur loco, omnium minimè vulneri ac telo reſiſtit, ſi forte in ipſam inciderit telum ſuturam: potiſſimum tamen ſi bregma, (locus capitis maxumè debilis) telum ſenſerit, ſuturæq; in ulcus incurrant, & telum ipſas attingit ſuturas.

Præmiſsis monitis ac cautelis nonnullis, velut prolegomenis, ipſam rem jam aggreditur Author; ante omnia exponens, quot modis lædi cranium poſsit. Eos quinque refert. Hoc paragrapho quatuor; ἔδρλω; ῥωγμὼ; φλάσιν, ἔσφλασιν; paulo poſt, ξυμφορὴ adjiciens. Singulas ordine explicabimus.

Traditas priores quatuor vulnerum cranij differentias, priuſquam explicet, id præmittit; ab hiſce modis non æquè periculosè lædi caput. neque id mirum: quid enim? ubi leviter impreſſum cranio teli fuerit veſtigium, illa res non poteſt tantum adferre periculi, ac ſi fiſſum fractumve cranium foret. neque ſi leviter ac ſuperficietenus capillari rimâ fiſſa ſit externa tabula, tantæ molis res eſt, ac ſi inſignis rima utramque tabulam penetret; aut internam (quæ major difficultas) integrâ externâ. Si fractura cum Depreſsione coin-

coincidat, ita ut fragmentum ab unâ avulsum parte ſub oppoſiti oſsis latitet limbo, ſubjectum premens cerebrum; quis non videt, majorem longè hic eſſe difficultatem, quam ſi punctum aut dedolatum tantum fuerit cranium? Hæc tantum eſt mens hujus paragraphi. Quo viam ad ipſam parat rem. Addit tamen duos caſus per ſe ſemper periculoſos. Primus, quoties ictus in locum incidit ſuturæ: nam filamenta membranoſa per ſuturarum ſe trajicientia locum, prohibent impediuntque quo minus aut fiſſura ſcalpris deleri queat, aut ſordes loco fiſſo collectæ educi. ejuſcemodi itaque æger non poteſt non ſummè periclitari. Alter, ſi in ipſum bregma inciderit vulnus. cujus cauſæ jam ante plenè fuere datæ.

Τιτρώσκεται δὲ ὀστέον τὸ ἐν κεφαλῇ, τοσοῖς δὲ τρόποις. Τῶν δὲ τρόπων ἑκάστου πλέονες ἰδέαι γίνονται τῶν κατάγματος ἐν τῇ τρώσει.

Tot modis vulneratur capitis os; agnoſcitq; quiſque modus plures fracturæ ſpecies.

τοσοῖς δὲ τρόποις. *Tot modis.* quot? relatis præcedente paragrapho, Rimâ ſive Fiſſura; Collisione; Depreſsione; Teli fede; jungitque ſtatim

Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 77 sur 280

©BIU Santé

ſtatim Infortunium. Addit, ſingulos hoſce modos agnoſcere πλείονας ἰδέας. Certè plurimæ ſunt ſingularum læſionum ideę. Exemplo ſint Rimæ ſive Fiſſuræ, quarum alia longa, brevis alia, alia incurva, alia recta; profunda, aut ſuperficiaria; fracturam conjunctam habens, aut non; cum depreſsione concurrens, aut ſecus; internam ſolvens tabulam, illæsâ externâ; Frontem ſolvens, cum occiput ictum, aut contra. aliæque plurimæ differentiæ. Idem in Colliſione ſeu Contuſione evenit; aut cranium tantum deprimens, aut ſimul findens, imò & frangens, tales namque Colliſionis modi eveniunt quotidie. Iam Veſtigium ſeu Teli ſedes quantam parit indies diverſitatem: fit, ex ipsâ veſtigij forma ſolo intuitu uti conjicere poſsis, quonam teli genere datus ictus: eſt, quum portio ſuperficiaria cranij deperdita eſt; accidit, fragmentum teli uti etiam oſtendat locus læſus. Hæc exactè in ſingularum ſpecierum examine proſequemur. Illud nunc prępmitto: Hippocrates quinque modis lædi poſſe cranium ſtatuit, vocat autem ἔδρηϊν, ῥωγμὴν, φλάσιν, ἴσοφλασιν, ξυμφορὴν. Veſtigium, Fiſſuram, Contuſionem, Depreſsionem, Infortunium, quæ hodie contrafiſſura. Veſtigium eſt, cū teli ſedes in oſſe læſo etiam-

OBIU Santé

num apparet. Fissura sive Rima, quum simpliciter ossis continuum solutum est, non tamen vacillant ossa. Contusio, cum intus depressum fuerit cranium. Depressio, composita ex fissurâ & Contusione est species, ubi & fissum os, & simul introrsum depressum. Infortunium, quum ossis continuum alio solvitur loco, quam in quem incidit plaga. Galenus 6. Meth. cap. 6. totidem habet genera, verum alijs expressa vocibus, appellans, ῥωγμὴν, ῥῆξιν, κατὰν, διακοπὴν, ἔδρλω, θλάσμα ἢ καὶ θλάσιν, καὶ ἔνθλασιν. Ægineta multò plures habet læsionum Capitis differentias lib. 6. cap. 90. sed quæ ad has quinque ab Hippoc: traditas referri posse videntur. Celsus Cap. 2. lib. 8. hæc latinis verbis ita prosequitur: *Omne autem os ubi injuria accessit, aut Vitiatur, aut Finditur, aut Frangitur, aut Foratur, aut loco movetur.* qui Celsi locus eam mihi aliquando peperit difficultatem, quod Author is (gravis profecto, quemque maximi facio) inter Fissuram & Fracturam distinguat; quum Fracturæ vocem non habeat Hippocrates, & tamen evidenter à fissurâ differat fractura. Satisfacere mihiipsi soleo, si fracturam sub fissurâ comprehendi posse dicam. Quod ut intelligatur, is meam

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 79 sur 280

©BIU Santé

audiat vulnerum capitis distributionem. Dico cranium lædi, Perforatione sive Punctura; Dedolotiane; Fissurâ; Fracturâ; Contusione.

Punctura, cum quis stylo, pugione, cultro, acutove aliquo feritur telo. hæc duplex, alia extimam solummodo pervadens tabulam; quam Punctura ni propriè voco; aut utramque, quæ Perforatio dicetur. Dedolatio vulnus cranij est, cum substantiæ abolitione. uti, glans à sclopeto emissa, superficiemque cranij tangens, portiunculam ab externâ tabulâ secum si auferat. aut machærâ latioreve gladio idem si fiat. Hoc enim casu, nec punctum, perforatum, fissum, nec fractum erit os; & tamen ejus continuum violenter solutum. Sub hac specie, ἐδρλω Hipp. comprehenderim. Fissura dicitur quum cranium per longitudinem dividitur, ita ut situm, naturalemque suam figuram, nihilominus servet integram; hoc est, partes ejus loco non moventur, uti in Fracturâ accidit. hujus magna diversitas; est namque aut conspicua, aut cæca, aut media. Sub cæcâ, Contrafissuram Hippoc: comprehendo. Fissuræ varias differentias prolixè hoc libello paulo post prosequitur Hippocratis. Fractura, continuum

BIU Santé

tinuum ossis ita solvit, loco suo uti ossa moveantur. Exempli gratiâ, ictus adeo vehemens si sit, duobus uti locis cranium findat, ita ut fissuræ intermediam ossis partem solutam, ac fluctuantem comprehendant; dixerim os esse fractum. sicuti etiam, quum in fragmenta aliquot comminutum os est. aut si avulsa à cranio ossis pars sub oppositâ parte lateat; quod ἔσφλαζιν Hipp: vocat; ἔνθλαζιν Galenus. Contusio, Hippocrati θλάζις, vulnus propriè non est. Fit enim quoties à telo obtuso, violentiâ quadam, introrsum compulsum cranium incurvatum apparet, exhibens sensui exterius cõspicuam lacunam, seu locum cavum, integris licet partibus cranij cunctis. eodem uti in stanneis plumbeisve quotidie usu venire cernimus vasis.

Tot igitur modis lædi caput potest. Qui singuli suas admittunt differentias ac subdivisiones, quemadmodum in singulorum pleniore expositione dicetur; quod jam prosequetur Author. Quem priusquam excutiamus, operæpretium erit audire Æginetam enumerantem distinctè & curiosè admodum vulnerum Capitis differentias cap. 90. lib: 6. Sic ergo ille,

Ἰδίως

©BIU Santé

ἰδίως δὲ τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ κάταγμα, διαίρεσίς ἐστιν τῶν κρανίων ποτὲ μὲν ἁπλῆ, ποτὲ δὲ πολυσχιδής, ὑπό τινος ἔξοθεν βίας γινομένη. τῶν δὲ καταγμάτων τῆς κεφαλῆς αἱ διαφοραί εἰσιν αὗται. ῥωγμὴ, σκοτωμὴ, σκαίσμα, σκυίσωμα, καμάρωσις. ὅπου δὲ τῶν νηπίων καὶ θλάσις. ῥωγμὴ μὲν οὖν ἐστιν, διαίρεσις τῶν κρανίων ὑπὸ πολλοῦ ἢ βαθείας, μηδαμῶς ἕως ἔξω μετακινηθέντος τοῦ πεπονθότος ὀστέου. σκοτωμὴ δέ, ἐστι διαίρεσις τῶν κρανίων μετὰ ἀνακλασμοῦ τοῦ πεπονθότος. εἰ δὲ καὶ ἀποθραυσθείη τὸ πεπονθὸς, ἀποσκεπαρνισμόν τινες τὸ πάθος προσηγόρευσαν. σκαίσμα δέ, ἐστιν πολυμερὴς τοῦ ὀστέου διαίρεσις μετὰ τοῦ καταγόντα ὀστέα ὑποκεχωρηκέναι κάτω πρὸς τὸν μήνιγγα. σκυίσωμα δέ, ἐστι τοῦ ὀστέου διαίρεσις μετὰ τοῦ τὸ πεπονθὸς ὀστοῦν, ὑπελθυσθέναι τοῦ κατὰ φύσιν κάτω πρὸς τὸν μήνιγγα. καμάρωσις δέ, ἐστιν διαίρεσις τοῦ κρανίου μεθ' ὑψώσεως τῶν πεπονθότων, ὡς φησὶν ὁ Γαληνὸς, ὅπου τὰ ἔξω ὑποχώρησις καὶ κοίλανσις, ὡσαπλησίως τοῖς σκαίσμασι. οὕτω γὰρ σκεῖνο ὀίεται. τινες δὲ καὶ τριχισμὸν τούτοις προσηρίθμησαν. ἀλλ' ἐστιν ὁ τριχισμὸς σενωτάτη ῥωγμὴ, καὶ τῷ αἰσθήσιν διαλαθάνουσα. διὸ πολλάκις λεληθυῖα διὰ τὸ μὴ ἀκριβῆ γενέσθαι τὴν σημείωσιν, θανάτου γέγονεν αἰτία. ἡ δὲ θλάσις, οὐκ ἔστι διαίρεσις τοῦ ὀστέου, καὶ ταύτην ἅπαντες εὐλόγως. ὁ δὲ κάταγμα φαίη τὸν τοιοῦτον διάθεσιν. ἀλλ' ἔστιν ὡσὶς καὶ οἷον κάμψις ὅπου τὰ ἔνδον τοῦ κρανίου, κοιλάνσαι χωρὶς τοῦ λυθῆναι τὸν συνέχοντα, καθάπερ ὅπου τῶν χαλκῶν τε καὶ ὠμοβυρσίνων ἀγγείων ἔξοθεν πληττομένων γίνεται. εἰσὶν δὲ τῆς θλάσεως δύο διαφοραί. ἡ γὰρ δι' ὅλου τοῦ πάχους ἑαυτοῦ θλᾶται τὸ ὀστέον. ὥστε πολλάκις καὶ ἀποσπᾶσθαι τὸν μήνιγγα, ἢ παντὸς γε θλίβεσθαι πρὸς τοῦ κρανίου δι' ὅλου. ἢ δὲ δι' ὅλου, ἀλλὰ κατὰ τὸν κύκλον μόνον πυκνοῦ ὑπὸ φαύσεως ἄχρι τῆς διπλόης. τινὲς δὲ ταύταις ταῖς διαφοραῖς καὶ τὸ ἀπήχημα προσεθήκαμεν. ὅπερ ἐστὶ καθ' αὑτὸ ῥῆξις κρανίου κατὰ τὰ ἀντικείμενα τῶν πεπληγμένων γινομένη μερῶν. πλανῶνται δὲ οὗτοι. οὐ γὰρ ὥσπερ ὑπό τινων ὑαλίνων ἀγγείων, ὡς αὐτοί φασι, καὶ ταῦτα γίνεται. ἐκεῖνα μὲν γὰρ διὰ τὸ εἶναι κενὰ τοῦτο πάσχειν. τὸ δὲ κρανίον πλῆρές ἐστι, καὶ ἄλλως ἰσχυρόν.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 82 sur 280

Ea Latine sic reddi possunt.

Fractura in capite peculiariter calvariæ est divisio, nunc simplex, nunc multifida; à vi quadam exteriore facta. Porrò differentiæ capitis fracturarum hæ numerantur: Rhogme, Eccope, Ecpiesma, Ecgisoma, Camarosis, in infantibus etiam Thlasis. Rhogme, Calvariæ persumma est divisio, aut rima profundior, in qua nequaquam os vitiatum foras emovetur. Eccope, calvariæ fissura est, cum ossis offensi ruptura. At si à reliquo osse pars offensa discesserit, Aposceparnismon nonnulli vitium appellant. Ecpiesma in multas parteis calvariæ effractio est, in qua profundius ossa descenderint, & cerebri membranam contactu suo præmant. Ecgisoma, calvæ ictus est, in quo os vitiatum ad interiorem cerebri membranam descenderit. Camarosis, divisio calvariæ est, in quâ pars affecta cameræ modo exaltata relinquitur, ut Galenus tradit, ac intro à sanis fracturæ partibus ossa magis recedunt, membranæque innituntur, quemadmodum in ecpiesmate. sic enim ille exestimat. Alij etiam Trichismon, quasi dicas Capillationem his adnumerarunt. Est autem Trichismus, arctissima rhogme, sensum plerumque fallens, eoque latens: quæ quia non facilè se ostendit, mortis causam sæpe adfert. Thlasis calvariæ divisio non est, eoque nec fracturam rectè dixeris ejusmodi affectionem; verùm est ossis calvæ

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 83 sur 280

©BIU Santé

in interiorem partem impulsio, aut inflexio, concavitatem integra calvæ continuitate efficiens tantùm; ut licet in plumbeis, ex crudove corio confectis vasculis, si foris percutiantur illidanturve, conspicari. Porrò Contusionis hujus duæ existunt differentiæ; vel enim calva per totam ipsius crassitiem contunditur, ut frequenter etiam cerebri membrana abscessu occupetur; vel omninò à calvariâ, hæc per totum, aut non per totum premitur, sed juxtà exteriorem duntaxat superficiem usque ad laminam secundam deprimitur. Sunt qui his differentijs Apechema, quasi dicas ab Echo responsionem, addiderint. Ea est, à contrariâ ictus parte facta calvariæ fractura. At falluntur hi; quoniam non fit in hominis calvâ quemadmodum in vitreis quibusdam vasculis fieri illi docent. Illa siquidem vacua sunt, ideoque id patiuntur: calva autem hominis undique plena & alioquin solida est.

Ὀστέον ῥήγνυσαι λυπεωσόμενον, καὶ τῷ ἐπιέχοντι ὀστέῳ τὸν ἐγκεφαλον, ἀνάγκη φλάσιν ἐποιῆσαι, ὑπὲρ ἐᾶγῇ. Τῶν γὰρ ἑλκέων ὁ, ὑπερ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον, τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ φλᾶ τὸ ὀστέον ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον. αὐτό τε ἐν ὥπερ ἐς ῥήγνυσιν τὸν ἐγκέφαλον. εἰς ἔστ ἐν τρόπῳ. * ἰδέαι δὲ ἐγκεφάλων τοῖαι γί-

* placet hoc loco acumen Mercurialis, qui sic legit: ἰδέαι δὲ τῶν ἐγκεφάλων παντοιαί γίνονται, καὶ γὰρ λεπτότερα, καὶ παχύτερα, ὥστε καὶ καταφανὲς γένεσθαι ὅτε αὐτίκα μὴ

πλὴ τρῶσιν, ὅτε ἐν πᾶσιν ἡ ἡμέρησιν ἐν ἧσιν ἂν ϗ πόνων ὄφελος γένοιτο ϗ θανάτῳ τῷ ἀνθρώπῳ. *Species fissurarum diversæ sunt, nam & tenuiores, & multum tenues, adeo ut minime conspicuæ fiant, neq; statim post vulnerationem neq; in diebus, in quibus, & laborum necessitas mortis hominis contingat.*

νονται. καὶ γὰρ λεπτότεραί τε ϗ λεπταὶ παντὸς ὀστέου καταφανεὲς γίνονται. ἔστι δὲ αἴλιον ῥωγμέων, ὅτε αὖλιχα μὴ τιλῶ τρῶσιν, ὅτ' ἐν πᾶσιν ἡμέρησιν ἐν ἧσιν ἂν ϗ πόνων ἂν * ὄφελος γένοιτο ϗ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ. αἱ δ' αὖ παχύτεραί τε ϗ εὐρύτεραι γίνονται τῶν ῥωγμέων. ἔνιαι δὲ ϗ πάνυ εὐρέαι. καὶ αἱ μὲν ἧττον μαχητέρον ῥήγνυνται. αἱ δὲ, ἧττον εὐαχύτεραι. ϗ αἱ μὲν ἰθύτεραι. αἱ δὲ ἰθεῖαί τε ϗ πάνυ. αἱ δὲ καμπυλώτεραί τε ϗ καμπύλαι ϗ βαθύτεραι. αἱ δέ, εἰς τὸ κάτω, καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου.

* *magnus Scaliger hic τέλος legit. Quæ meo judicio Mercurialis immeritò carpit. nam subjungit ipse Hipp. hanc rem finem sive mortem homini adferre.*

Os vulnere finditur. Cum autem finditur collidi necesse est quod fissum fuerit. quoties namque os à telo finditur, ab eodem plus minusve colliditur, idque ubi rimam fecit, Hic est unus modus. Variæ porrò sunt rimarum species; tenuiores namque aliæ; aliæ tenuissimæ, adeo ne quidem oculis uti pateant, neque statim post ictum, neque quo tempore dolores intendi solent: hocque vulneratum abripit. Aliæ rursus crassiores latioresque; quædam latissimæ; nonnullæ breviores, longiores aliæ; aliæ rectæ, rectissimæ quædam

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 85 sur 280

©BIU Santé

dam; nonnullæ magis minusve curvæ; superficiariæ nonnullæ, aliæ totum os ad imum usque pervadunt.


A Fissurâ, tanquam primâ Vulneris capitis specie, quæque frequenter admodum incidit, initium facit Hippo:; vocatque ῥῆγμα & ῥωγμὸν. Gal. 6. Meth. ῥῆξιν vocat, quamvis ῥῆγμα propriè Hipp. sit Fissura; ῥωγμὴ verò Rima. ita ut Fissura ei, nil nisi major sit rima.

Text. ὀστέον ῥήγνυται πληρώσκοντον. *os vulnere finditur.* hoc est, causa vulnerans violenter in caput incidens, frequenter causa est, ut cranium findatur, sive rimam agat.

Text. καὶ τῷ πεπεἰεχοντι ὀστέῳ &c. *quum autem finditur, collidi necesse est quod fissum fuerit* Hic locus nonnullos interpretes torquet, existimantes Hippocratem velle, quod nunquam possit findi os nisi simul intus sidat, sive comprimatur. Ego non ita censeo, sed Hipp. velle puto, nullam posse fieri in cranio rimam sive fissuram nisi à telo obtuso. Audi eundem Coac. sect. de
» Tromatis Capitis aph. 5. *Rumpuntur autem po-*
» *tissimum* (capitis nempe ossa) *obtusis telis.* obtusum autem corpus incidens in pericranium, in eo contusionem faciat necesse est. ut per contusionis vocem Hipp. hic intelligat.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 86 sur 280

77.



a. Vestigium Foli.
b. Angustiæ, Capillares. Obliquæ Fissuræ.

gat contusionem cutis capitis, non cranij.

©BIU Santé

Verum, quid ſi acuto gladio findatur os, dicat quis, nonne erit fiſſura abſque contuſione? illa, licet rimam referat, non tamen ita vocat; verum ἐγκοπὴν Diſſectionem; quam ego ſub Dedolatione aut Perforatione comprehenderim.

Text. ἰδέαι δὲ ῥωγμέων τρῖαι γίνονται. *Variæ porrò ſunt rimorum ſpecies*, quas hoc paragrapho enumerat. Eſt rima alia evidens, cæca alia, alia media. Evidens, quæ diducta cute oculis conſpici ſpecilloque, citrà omne dubium, tangi poteſt. Hæc autem unicam ſolummodo, aut ambas cranij tabulas pervadit. Quòd quî ſcire poſsit chirurgus, poſtmodum exponemus. Media, quæ levior ſolummodo, aut ad ſummum extimam pervadens laminam, aut ejus ſuperficiem ſolum infeſtans. hanc Capillarem vocant chirurgi, græcorum imitatione. Ægineta namque τειχισμὸν aut τειχοειδῆ ῥωγμὴν appellat. definiens lib. 6. cap. 90. Trichiſmum τειχισμὸς, στενοτάτη ῥωγμὴ καὶ τῷ ἀίσθησιν διαλανθάνουσα διὸ πολλάκις λεληθυῖα διὰ τὸ μὴ ἀκριβῆ γνῶσιν τῶν σημείωσιν, θανάτου γέγονεν αἰτία. *Trichiſmus eſt arctiſſima Rhogme, ſenſum plerumque fallens, eoque latens, quæ quia non facile ſe oſtendit, mortis cauſam ſæpe adfert.* Cujus inſignis loci authoritate fretus:

Græ-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 88 sur 280

græcum hunc Hipp. textum doctiſsimè corrigit, magnus ille Anutius Eoëſius, legens; καὶ γὰρ λεπτότεραί τε, καὶ λεπταὶ πάνυ ὀστέων καταφανέες γίνονται ἔνιαι τῶν ῥωγμέων, ὅτε αὐτίκα μετὰ τὸ τρῶσιν, ὅτε ἐν τῇσιν ἡμέρῃσιν, ἐν ἥσιν ἂν καὶ πόνων ὄφελος· αἴτιον γὰρ νοῦσος τοῦ θανάτου τῷ ἀνθρώπῳ.

Cæcam porrò Rimam (quæ tertia erat) voco) quoties non in quem ictus incidit locus, ſed alius aliquis in capite finditur, ſeu rimam accipit. Hæc ἀσχίσμα dicitur Græcis. Hanc Soranus antiquus medicus primum notavit; Vidit Celſus. Fruſtraque eam aliquando contingere, cum Paulo nonnulli ex neotericis negant. De hac plenius paulo poſt, in poſtrema vulneris ſpecie cum Hippocrate.

Text. καὶ γὰρ λεπτότεραί τε καὶ λεπταί. *Tenuiores enim aliæ, aliæ tenuiſſimæ.* Fiſſuras alias alijs latiores, anguſtiores, alias profundiores ſuperficiariaſve eſſe jam dictum. Illud verò monitum, ſcitu neceſſarium chirurgo; quò anguſtiores ſunt rimæ ſi profundæ ſunt, eò plus adferre periculi; patentiores ac hiantes minus. Cujus rei cauſæ, primò, quòd amplæ rimæ Chirurgi viſum non effigiant, uti contrà anguſtæ aut cæcæ faciunt non rarò; eoque ſecuro, nec de ſcalpturâ, raſurâ alijſve, cogitante remedijs,

©BIU Santé



dijs, invalescens malum ægrum obruit. Ac-
cedit,

cedit, quòd patentiores rimæ, naturæ ad expellenda noxia præbeant ſpatium, hincque ad periculoſum modioli uſum confugere opus non ſit. Ipſe hanc ad rem ita loquitur Hipp. Coac. ſect. 12. aph. 7. *oſſium rima occulta interdum non ante ſeptimum diem, decimumquartum interdum, interdum ſerius ſe oſtendit. Nam caro ab oſſe abſcedit, tumque os lividum apparet. dolores item ichorum diffluentium excitantur. Atque hæc talia remedijs difficulter cedunt.* Occultam hic vocat rimam, quæ non conſpicitur, idq; aut ipſius fiſſuræ ratione; aut chirurgi negligentiâ. Fiſſuræ ipſius, ſi capillaris ſit; ſi in ſuturas incidat. Negligentiâ chirurgi non pauci moriuntur. In occultâ rimâ, aut ſubtili admodum, id maxumam difficultatem adfert, quòd carunculæ illæ quæ in tabularum viſuntur meditullio, præ concuſsione (nam rimas ut plurimum obtuſum facit telum) compreſſæ, ſanguinis aliquid effundant. is dicto putreſcens loco, os in inflammationem rapit. Obſervatum non ſemel, inflammatione tactum fuiſſe locum inter duas tabulas medium. Hincque fit, aliquot interdum ſeptimanis, addo & menſibus poſt acceptum ictum, ut percuſſus nihil mali ſuſpi-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 91 sur 280

©BIU Santé

cetur, ſicq; præter expectationem ſuccumbat. Vide de morte ſubſequuta, ex neglectâ capitis rimâ, apud Schenck. Obſerv: tom: 1. 34. Et exemplum valde nobile. apud Valeriol: cap. 5. Appendicis loc. comm. Præter plurima à me obſervata. Vnum admodum eſt nobile; Quidam Anno 1603 poculo ſtanneo à compotore in bregmatis os dextrum, non procul à muſculo temporali, percuſſus fuit. Aperto pericranio, nihil fiſsi ſe deprehendiſſe aſſerebat Chirurgus. (qui medicum non acciverat) conſolidato itaque quod in pericranio erat vulnere, æger obambulans, rerumq; ſuarum ſatagens, pancraticè ſe valere quotidie aſſerebat. Poſt decimum menſem inter ambulandum vertigine correptus concidit, neque diu poſt obijt; aperto cranio, deprehenſum, os loco ictus planè computruiſſe; Nigricans enim non abſq; inſigni fœtore, ipſam menyngem in conſenſum traxerat. Notent itaque chirurgi, majores patentioreſque fiſſuras, anguſtis minus eſſe debere ſuſpectas; audiantque Celſi conſilium *Omnia ſuſpicari.*

Text. καὶ βαθύτερα. rectè à nonnullis animadverſum, Voculam hic deſiderari, legendumque

que: αἱ μὲν πιπλαυότεραι, αἱ δὲ βαθύτεραι. Vult enim, (quod jam à nobis explicatum) fiſſuram aut ſuperficiariam, aut profundiorem eſſe.

φλαθείη δ' ἂν τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτῦ φύσει, καὶ ῥωγμὴ τῇ φλάσι οὐκ ἂν ἀσφαλοίντο τῷ ὀστέῳ εὐθεμία. δεύτερος δὲ τρόπος. ἰδέαι δὲ τῆς φλάσιος πλείους γίνονται. ἢ γὰρ μᾶλλον τε καὶ ἧσσον φλᾶται, καὶ ἐς βαθύτερόν τε καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου, καὶ ἧσσον ἐς βαθύ, καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου. καὶ ἔτι πλέον τε καὶ ἔλασσον, μήκεός τε καὶ πλατύτητος. ἀλλὰ τετέων τῶν ἰδεῶν, εὐθεμία ἐστὶν ἰδόντι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν γνῶναι, ὁποίη τις ἐστὶ τῶν ἰδέων, καὶ ὁπόσον τὸ μέγεθος. εὐθὲ γὰρ εἰ πέφλασαι, ἐόντων πεφλασμένων καὶ τοῦ κακοῦ γεγυμνωμένου, γίνεται τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανὲς ἰδεῖν αὐτίκα μὴ τιὼ πεῶσιν. ὥσπερ εὐθὲ τῶν ῥωγμέων ἔνιαι ἐκὰς ἔσται καὶ ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου.

Contundi quoque os poteſt, quamvis in ſuo ſtatu maneat, & nulla oſſi colliſo ſe jungat rima. Atque ſecundus hic eſt modus. Sunt verò contuſionis ſpecies plures; etenim aut plus aut minus contunditur, etiam, aut contuſio pervadit totum os, aut in ſummo magis hæret, non in toto. Etiam longitudinem latitu-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 93 sur 280

©BIU Santé

dinemque nunc majorem, nunc minorem oſtendit. Nulla autem harum contuſionum aſpectu dignoſci poteſt, qualis nempe quantave ſit. nam poſtquam quid contuſum eſt, non protinus ab ictu malum ſe videndum præbet; ſicuti etiam oſſe fiſſo nonnullæ exrimis quæ longius tendunt.


Deſcriptâ Rimâ ſive Fiſſurâ, læſionis cranij ſpecie primâ, Secundam nunc proponit; quam φλάσιν vocat, θλάσιν Galenus ac Paulus. Vertunt interpretes Contuſionem, & Colliſionem. Quamvis inter eos qualiſnam hæc ſit ſpecies, ſeu quonam modo cranium in hoc læſum ſit, non conveniat. Non deſunt, qui ſolutæ in oſſe continuitatis velint eſſe ſpeciem, cum ſub irruente extrinſecus aliquo violento, valido & duro corpore, os ita contunditur, ut externa facies integra permaneat, at in profundo ſint parvæ & multæ diviſiones. quod in puerorum oſsibus maxumè contingere volunt. Alij (quibus nos accedimus) φλάσιν cranij affectum dicunt, quo oſsis continuum non ſolutum, forinſecus ſaltem ac ad ſenſum. ita conceptis verbis hic ait Hipp. *Contundi quoque os poteſt, quamvis in ſuo ſtatu maneat, & nulla colliſo oſſi ſe jungat rima.* Quid poteſt dici manifeſtius? niſi dicere velimus

limus, nullam accedere ofsi ſenſualem continui ſolutionem. Eodem modo, ut in convulſione medici dicunt, eſſe continui ſolutionem, ſed ſenſibus incompertam, quia adeſt dolor. at verò, nunquam credo vocaverint vulnus. Idem ſi hic dicant, jam non eſt magna difficultas. quis enim non videt, quum præ contuſione intus deprimitur os, in ſe cogi, atque eâ ratione aliquam ſed obſcuram ſenſibuſque non perceptibilem dare continui ſolutionem? origo namque voci Græcæ eſt à φλάω & θλάω, quod eſt conquaſſo, premo, collido. at verò id citrà rimam, fracturam, aut fragmentorum poteſt fieri avulſionem, quæ in verâ ſive manifeſtâ requiruntur continui ſolutione. quid? quòd priorem ſi amplectamur ſententiam, jam inter ſecundam & tertiam læſi cranij ſpeciem, diſcriminis fuerit nihil. Statuimus itaque, φλάσιν ſeu θλάζιν, Contuſionem, Colliſionem, eſſe cranij ad interiora depreſsionem, ita ut tangentibus ac intuentibus exterius lacuna ſive fovea appareat. Eodem modo, uti indies in ſtanneis, plumbeis, cupreis, aut etiam figulinis nondum coctis accidere cernimus vaſis. Quodipſum pueris, fœminis,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 95 sur 280

©BIU Santé

86.



ijſque quibus molle ductile ſive depreſsile non

non tamen fragile contigit cranium, evenire ſolet. Hi namque ſi à corpore obtuſo validè in caput feriantur, cedit ac deſidit, non tamen rumpitur cranium. Etiam in adultis interdum accidit. Habet exempla hujus caſus plura Clariſsimus Hildanus, obſervat. Chirurgic: Centur. 2. eaque lectu digniſsima. Accidit tamen ſubinde, ut cum fractura hæc incidat ſpecies. Exemplum videre eſt eſt apud Pareum lib. 9. Cap. 8. de nobili quodam equite turmæ ducis Stempani. Is dum in disjecta murorum caſtri Heſdini parte propugnaret, glande tormento manuario miſſa ictus eſt in bregmate, alioqui caſside armato. Caſsidem quidem glans impulſa depreſsit, non fidit: imò nec cutem muſculorum, nec cranium, quod ſaltem cerni poſſet. nihilominus ſexto die Apoplecticus interijt. aperto cranio, viſum, laminam internam fractam, fragmentaq; ex ſe emittentem, quæ tanquam aculei cerebro inhærebant, integrâ interim tabulâ cranij externâ. Verum hic caſus proponit verum cranij vulnus, pertinetque ad ſequentem mödum ſeu ἰσφλασιν. In hoc, non niſi depreſsio eſt cranij, citra ullam continui diviſionem. nam retractum

©BIU Santé

ctum cranium inque ſuum locum reſtitutum nihil amplius mali habet. Huic negotio non unus inventus eſt modus, prout diverſa fuerit capitum varietas. Craſſo namque duroq; cranio alia debetur ratio quàm puerili, fœmineo, molli ac flaccido. Hiſce, cucurbita denudato depreſſoque admota loco, ſi naribus oreque clauſo validè expirare nitatur æger, idonea. Doctiſsimus ingenioſiſsimuſque hujus ævi chirurgus Guilielmus Hildanus, eidem fini corneam excogitavit cucurbitam, parte faſtigiatâ paulum incurvam, ibidemque foramine non amplo apertam, quam lacunæ appoſitam, ægro nares ac os claudente, ore apprehendit miniſter, cui latera firma, validâque præditus inſpiratione, ut forti illâ ſuctione in ſuum redeat locum depulſum os. Idem ſequentem miſcellam emplaſtri formâ loco læſo admovet, & poſtquam topicum ſiccatum firmiter cranio glutinatum hæſerit, illud ſurſum trahendo ac avellere conando (funiculi eo fine emplaſtro extus additi) eâ ratione thlaſin ſuæ reſtituit integritati.

℞ *Farinæ triticeæ ʒ j. Ichthyocollæ aqua betonicæ & ſalviæ diſſolutæ ʒ ß pulve: maſtichis, thuris*



Fig. prima.
DT orcular.
E *Vectis, transiens per terebram notatam.* B.
C *Suffulcrum, aut latior torcularis pars, capiti imponenda.*
A *Bifida terebræ pars, depresso infigẽda loco.*

Fig. secunda
* *Emplastrum, cui additi funiculi, quib⁹ sursum trahi possit.*

Fig. tertia.
X *Cornea cucurbita, incurva, habẽs altero extremo foramen.*

thuris, farinæ volatilis, sanguinis draconis,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 99 sur 280

©BIU Santé

gipſi ana q. ſ. miſce. coque in aqu: betonicæ & ſalviæ ad debitam conſiſtentiam. applicetur calidè

Firmioribus cranijs major debetur conatus. ijs itaque in centro depreſsi loci apprimitur elevatorium manubriatum, habens altero extremo forantem terebram, quò infixo conandum retrahere in ſuum locum depreſſum os. Aut inſtrumentum, cujus jam dedimus figuram, depreſſo affigitur loco, eaque ratione reducitur.

Cum autem hic læſionis cranij modus vulnus dici nequeat, anne incommodi aliquid ſecum adfert? maxumum certe. Quò namque depreſsio validior, eò extus lacuna apparet major; eoque intus magis protuberet cranium neceſſe eſt; locus ille protuberans premens menyngem, imo cerebrum, impediat ejus liberum motum neceſſe eſt; inde apoplexiæ periculum. haud aliter namque hic fit, ac in pleuritide, in quâ diſtentâ tumidaque thoracis capacitatem verſus pleura, motum pulmonis impediri videmus; inde namque reſpiratio intercepta. Vt non dicam, ictus vehementiâ non poſſe non validè cerebrum concuti, indeque lacerari aut medullo-

ſitatem

ſitatem cranij, aut rumpi exilia illa quæ inter duram ac tenuem membranam ſunt vaſcula; unde maximus mortis metus.

καὶ ἦσαν ἐς βαθὺ, καὶ διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου. Nonnulli hic ex Ægineta reſtituunt, καὶ ἐ διὰ παντὸς. retineri malim priorem lectionem, utpote affirmativam. Mens enim Authoris eſt; Colliſionem interdum adeò eſſe validam, ut ſubjecta membrana inſigniter prematur; leviorem interdum, ita ut non niſi externa tabula depreſſa ſit, ad meditullium uſque. qua in re minus difficultatis. Quamvis juvenem viderim 26. annorum, cui licet levis appareret in externâ tabulâ lacuna, nihilque æger inde ſe incommodi percipere diceret, eoque ſecurus nihil moliretur chirurgus; tamen trimeſtre poſt ſuccubuiſſe vulneratum, laceratis meditullij carunculis, indeque in putredinem imo ſphacelum tractâ non ſolum internâ tabulâ, verum ipſa inſuper ſubjectâ membranâ. Text.

ἐσφλᾶ) τὸ ὀστέον ἐκ τῆ φύσιος τῆ ἑαυτῦ ἔχω οὖν ἐωγμῆσιν. ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἐσφλαθείη. τὸ γὰρ ἐσφλώμενον, διαῤῥηγνύμενόν τε καὶ καταγνύμενον, ἐσφλᾶται ἔσω ἀπὸ τῦ ἄλλυ ὀστέυ μένον-

©BIU Santé

τῷ ἐν τῇ φύσει τῇ ἑωυτοῦ. καὶ οὐ γὰρ ἂν οὕτω ἐωγμὸν ἂν ἐφεστήκει τῇ ἐσφλάσει. τρίτος δὲ τρόπος. ἐσφλασαι δὲ τὸ ὀστέον πολλαχῶς ἰδέας. καὶ γὰρ ἐπὶ πλέον τὸ ὀστέον καὶ ἐπ' ἔλασσον. καὶ μᾶλλον τε καὶ ἐς βαθύτερον κάτω, καὶ ἧσσον τε καὶ ὑπολαιότερον.

Deprimitur verò os, & fissum a suo statu in interiorem partem desidit. ni enim fissum esset, medium desidere nequiret. Etenim ab integro abruptum osse, quod in suâ integritate permanet, intrò cedit. ut necesse sit ita depressum os findi. Tertius hic est modus. Deprimitur autem os diversimodè; aut enim majus minusve est ossis quod desidit fragmentum; aut idem multum sub alio se effert osse, aut parum.

Tertium nunc proponit vulnerati cranij modum, quem ἐσφλασιν à φλάω deprimo, impello, vocat. Galenus sub θλάσεως nomine comprehendit. Ita Hipp. Prorrhet. 2. ἐμπεφλάσμενον ὀστέον habet: quod hic vocat ἐσφλώμενον ἔσω. Est hoc verum capitis vulnus; continui solutionem non solùm secum trahens, sed veram fracturam. Latini Depressionem, Desessionem, Introcessionem, Contrusionem dicunt. Vitium magnum, & si quod aliud, summo conjunctum cum periculo; Ægineta

neta ὀποσκεπαρνισμὸν dicit, credo à dolabra (σκέπαρνον Græci vocant) fabrili inſtrumento; in quo ſicuti ferramentum quo ligna dedolantur ſemper exſtat ac prominet, ita hoc caſu ſemper pars oſsis abrupta viſitur. Eſt vitium compoſitum ex duobus jam explicatis, & à paucis bene intellectũ. Accidit enim quoties præ ictus vehementiâ os non ſolùm finditur ac intro truditur, verum inſuper frangitur; fragmentumq; fracturâ ſecedens, ſub orâ ſive limbo oſsis vicini integri truditur. Hic valida neceſse eſt adſit contuſio ſive colliſio; nam pars oſsis ſub oſſe truſa non poteſt non comprimere menyngem, ejuſq; impedire motum. Ita ἐσφλάδαι ὀστέον, intro cedere os dicitur, quum medium deſidit & intro deprimitur. Modum hunc Celſus probè novit, utpote nulla vulnerum cranij ſpecie tantum uti hac occupatus; quum revera à nullo vulnere tantum periculi. quod ita deſcribit: Cap: 4. lib: 8.


Duo verò ſub ictu calvariæ pericula ſunt, ne vel findatur, vel medium deſidat. ſi fiſſum eſt, poſſunt oræ eſſe compreſſæ, vel quia altera ſuper alteram exceſſit, vel etiam quia vehementer rurſus ſe commiſerint. Ex quo evenit, ut humor ad membranam quidem deſcendat, exitum verò non habeat, ac ſic eam irritet &

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 103 sur 280

©BIU Santé

„ tet & graves inflammationes moveat. Vbi medium
„ desedit, eandem cerebri membranam os urget; inter-

94.




V loca exhibentia Teli sedem sive vestigium.
B. vera Esphlasis; in qua fractum depressumq; os sub opposita integri limbo se ingerit.

dum

dum etiam ex fracturâ quibuſdam, velut aculeis pungentibus. Quid poſſet elegantius Celſus? qui ibidem prolixum ſubjungit modum, quo ſuccurri huic debeat malo. quem paulo poſt in curatione ab Hippocrate allata examinabimus. Hæc porrò vulneris ſpecies pluribus poteſt fieri modis. 1. ſi ſolummodo portio oſsis, etiamnum integro adhærens, ex parte lateat ſub oppoſiti oſsis limbo. 2. ſi fracturâ, portio oſsis ab integro avulſa, & fragmentum univerſum ſub oſſe integro aut vicino ſe receperit, ita ut nec conſpici queat, nec inſtrumentis chirurgicis apprehendi extrahive. 3. ſi in aliquot fragmenta diviſum os, eorum nonnulla menyngi infixa hęreant, imò eam pervadentes ipſi cerebro. 4. ſi ipſo fiſſuræ fracturævè loco utraque ora ita ſit depreſſa ac introrſum truſa, neutrius uti limbus orave forfice ut retrahantur, apprehendi poſsit. quo caſu, raſis prius ſcalpro fracturæ ac depreſsionis labijs, commodus erit uſus inſtrumentorum quorum deſcriptiones ac picturas in præcedentis ſpeciei explicatione dedimus. quæ ſi educendis non ſufficiant fractis depeſsiſque oſsis fragmentis, trahatur in uſum ſequens inſtrumentum.

cuò.



Text. ὀνῤῥωγμῆσιν, *Fiſſum.* His verbis Hipp. manifeſtè requirit in Eſphlaſi, ut os fiſſum ſit. ut mirandum ſit Gal. lib. de Cauſ. morb ſufficere in hac ſpecie, tantummodo oſsis in interiora receſſum abſque continui ſolutione; nam hoc fit in Phlaſi, præcedente ſpecie. Neque minus miror, eundem Galenum ita à præceptoris ſui, Hippocratis, quem tanti ubique facit, ſententiâ abire, ut eodem lib. non niſi duas ἐνθλάσεως ſpecies faciat; unam, cũ cavitas feriente remoto ſervatur; alteram, ubi mollia corpora poſt ictum ad priorem habitum redire ſolent, neque cavitatem retinent. nam prior ab ipſo relata ſpecies vera Contuſio eſt; altera ne quidem cranij læſio. ubi enim nihil neque fiſſum neque fractum neque colliſum eſt, ſed oſſa depreſſa poſt ictum ſponte in ſuum redeunt locum, quænam quæſo hic læſio? Cum verò Hipp. hic ait ἔξθλασαι δὲ τὸ ὀστέον πολλὰς ἰδέας, *Deprimitur os diverſis modis*, non adſtringit ſe ad duos illos loco jam citato à Gal. relatos, nam eos ne novit quidem, ſaltem ſub Eſphlaſi non comprehendit; ſed intelligit illas ἐκθλάσεως ſpecies quas paulo ante dedimus, ijſque ſimiles.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 107 sur 280

©BIU Santé

καὶ ἕδρης γνωμώνης ἐν τῷ ὀστέῳ βέλεος, προσγλύοιο ἀνρωγμὴ τῇ ἑδρέῃ, τῇ τε ῥωγμῇ καὶ φλάσιν προσγλυνέας ἀναγκαῖον ἐστὶν, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧσσον, ἢ ἥπερ καὶ ῥωγμὴ προσγλύνῃ) ἐνθάπερ ἡ ἕδρη ἐγλύφθη. καὶ ἡ ῥωγμὴ ἐν τῷ ὀστέῳ τῷ προσεχονλι τῷ τε ἕδρῃ καὶ τῷ φλάσιν. τέταρτος ὅρος τρόπος. καὶ ἕδρη δὲ βέλεος γίνεται ἐν τῷ ὀστέῳ. ἕδρη δὲ καλέεται, ὅταν μύον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει, τὸ βέλος σημείξαν ἐς τὸ ὀστέον δῆλον ποιήσῃ ὅπῃ ἐσήμειξεν. ἐν δὲ τῷ τρόπῳ ἑκάστῳ πλέονες ἰδέαι γίνονται. καὶ προσμὲν φλάσιος καὶ ῥωγμῆς, ἢν ἄμφω ταῦτα προσγίνηται τῇ ἕδρῃ, καὶ ἢν φλάσις μόνη γένηται, ἤδη πέφευγεν, ὅτι πολλαὶ ἰδέαι γίνονται καὶ τῆς φλάσιος καὶ τῆς ῥωγμῆς. ἡ δὲ αὐτὴ, ἐφ' ἑωυτῆς γίνεται μακροτέρη καὶ βραχυτέρη ἐοῦσα, καὶ καμπυλωτέρη, καὶ ἰθυτέρη, καὶ κυκλοτερής. καὶ πολλαὶ ἄλλαι ἰδέαι τοιαῦτα τρόπα, ὁποῖον αὐλὸς καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βέλεος ἦν. καὶ δ' αὐλαὶ καὶ βαθύτεραί τε κάτω καὶ μᾶλλον καὶ ἧσσον. καὶ στενότεραι. καὶ εὐρύτεραι, καὶ παχύ εὐρέαι, ἢ διαχεκόφαλαι. διαχόπη δ' ὁπόση τις οὖν γνωμώνη μήκεός τε καὶ εὐρύτητος ἐν τῷ ὀστέῳ ἕδρη ἐστίν. λοιπὰ δ' ἄλλα ὀστέα, τὰ προσεχονται τῇ διακοπῇ

πῇ

πλὴν μένῃ ἐν τῇ φύσει τῇ ἑαυτῶν, καὶ μὴ συνεσφλᾶται τῇ διακοπῇ ἔσω τὸ ἐν φύσιος τὸ ἑωυτῶν, ὅθεν δ' ἔσφλασις δ' ἂν εἴη καὶ οὐκ ἔτι εὑρη.


Vbi verò telum ſedem ſive veſtigium in oſſe reliquit, poteſt etiam adeſſe rima; & cum rima adeſt, neceſſe eſt plus minuſve collidatur os, quum qua parte rima oſſi inciſo accedit, eadem veſtigium teli ſe oſtendit. Modus hic quartus eſt, cum nimirum veſtigium teli in oße remanet. Vocatur namque ſedes ſive veſtigium, cum oſſe alias in ſuâ integritate manente, videre tamen licet quâ parte telum fuerit. Sunt ſingulorum modorum plures ſpecies. quod namque ad fißum & colliſum attinet, ſive ambo hæc ſedi adſint, ſive tantum colliſio, plures emergere tum fiſſitum colliſi ſpecies jam dictum. Sedes porrò per ſe longior breviorve eſt, recta magis aut curva rotundave, multæque aliæ ſunt differentiæ, pro teli diverſitate. Num aut profundius aut minus ſe immittit: eſtque aut anguſtius, latius, aut latiſſimum veſtigium, ſi adſit Præciſio. Præciſio autem quantum oſſis in longitudine latitudineve occupaverit, refertur ad veſtigium, modo alia oßa quæ ſic inciſa ſunt in ſuâ maneant integritate, neque præciſa à ſuo ſtatu in interiora compellantur. id namque ſi fieret, jam ſedes ſive veſtigium non amplius eſſet, nam os medium depreßum eßet.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 109 sur 280

©BIU Santé

Tres deſcripſit violati cranij differentias; quartam nunc adjicit. hanc ἕδρην peculari vocat voce. Interpretum alij Sedem, alij Veſtigium vertunt. Derivatur Græca vocula ab ἕζω quod eſt colloco. ἕδρα enim ipſis ſella, ac ſedes. ita Hipp. ἕδρα, ipſas quibus inſidemus, nates ſignificat Epid. 5. Aurelianus Seſsionem vocat. Explicaturus hanc vocem Erotianus, διαχοπὴ δὲ καὶ ἕδρη ταὐτόν ἐστι, inquit; Præciſio & teli veſtigium idem ſunt. quod cum Galeni ſententiâ convenit, qui 6. Meth, ἐγκοπὴν, διαχοπὴν, καὶ ἕδρην, unum idemque eſſe aſſerit. Ita hic ἢ βέλεος ἕδρη dicit Hippocrates. Quæ evidenter oſtendunt. non parum eos errare, qui ἕδρην tantum putant eſſe quum teli veſtigium in cranio apparet; nam tum ἐγκοπὴ dici poteſt, διαχοπὴ non poteſt. Auferatur alicui latâ acutâque machærâ portio ſuperficiaria ab externâ tabulâ, intacto meditullio, nonne ex veſtigio quod machæra reliquit quivis facile iudicabit id lato telo factum eſſe? eſt ibi in oſſe continui ſolutio. quam tamen nullus ἐγκοπὴν dixerit, cum illo acuto gladio rectâ lineâ in caput incidente fiat neceſſe eſt; ſed διαχοπὴν Præciſionem, nam pars oſsis præciſa ac ablata eſt.

Exem-




A. Exemplum Veſtigij, exhibens partem cranij ſuperficiariam, machæra ablatam.

©BIU Santé

Vt res intelligatur, poteſt ἕδρη ſive quarta hæc vulneris capitis ſpecies quatuor contingere modis. 1. quum quis pugione ita feritur, veſtigium ictus uti in oſſe appareat; aut cum machæriâ, aut glande è tormento emiſſa portio ſuperficiei cranij aufertur.

Hic caſus omnium minimè periculoſus; nam ejuſcemodi ictus obliqui ſint omnes neceſſe eſt, qui tantam capitis concuſsionem aut tremorem excitare nequeunt, uti ictus rectilinei, ut qui in ſe recurrentes, ictuum vim duplicant: 2. quum acumine gladij aut pugionis ita læſum cranium, teli uti veſtigium in exteriore ſe oſtendat cranij ſuperficie, ſimulque quod reliquum eſt cranij fiſſum ſit. nam facilè videbit chirurgus quouſque os tetigerit telum; apparente ſenſim rimâ. 3 Quum cranium colliſum ſeu intus depreſſum, ſimul fiſſum eſt. nam depreſsio ab acuto telo difficulter fieri poteſt. uti ſi quis ex alto in declive rectà in caput cadat. Si quis lapide, fuſte, globo cathenæ nexo, vulneretur. Talis erat ejus quem vidimus caſus quem adverſarius, pugionem manu tenens, ferierat globo quem habet pugionis ſummitas. is compoſito ex rimâ & colliſione laborabat vulnere.

A. *Teli*



A. *Teli veſtigium, ſive ſedes in cujus medio.* B. *apparet ſimul rima.*
C. *Exhibens veram Fractura ideam; utpote in qua rima neceſſe eſt omni ex parte fractum, fluctuanſq; fragmentum, cingat.*
D. *Fiſſura, citra fracturam.*

Nam rotunditas manubrij ita ſui veſtigium in oſſe

©BIU Santé

in osse reliquerat, evidenter cognosci uti posset; unaque rimam insignem utramque pervadentem tabulam ostendebat cranium.

4. Quoties cranium finditur, frangitur, deorsum deprimitur, & simul introtruditur, hoc est, quum ῥῆξις, θλάσις, ἔσφλασις cum ἕδρα coincidunt.

Sed anne hæc ex mente Hipp., dicat quis? planè. textum inspice: *Vbi telum sedem sive vestigium in osse reliquerit*, primus hic modus. *potest etiam adesse rima*, secundus. *Et cum rima adest, necesse est plus minusve collidatur os*, tertius. *quin quâ parte rima ossi insciisso accedit*, modus quartus, quæ ipsa citato jam paragrapho plenius adhuc prosequitur.

Illud porrò notandum, tam ἔσφλασιν quam ἕδρην plures admittere Hipp. differentias, quæ tamen nonnisi species existunt singulorum generum; at quæ Hipp. species sunt, ex illis Ægineta alijque genera facere conati sunt. Hæc causa longè plura læsionum cranij genera, apud nonnullos, quàm Hipp. quòd reperiantur. Hippocrates namque, ne res in infinitum aut incertum excresceret, omnia ad quinque universalia summa genera redegit. Laudanda certe in eo est antiquitas, compendiosè

diosè omnia quod tractarit nobisque reliquerit; quum nihil magis discentium ingenia turbet, distrahatque, quàm multijugæ illæ subdivisiones. Cujus rei luculentissimum nobis præbet testimonium, botanicum studium. Ita Hippocrates, duas solummodo statuit medicinæ partes, Adjectionem, & Ablationem; posteriores multo plures. Veteres, pathognomonicum morbi signum esse dicunt, actionum læsionem, illudque tribus apparere modis, diminutè, depravatè, abolitè; Neotericorum nonnulli, impeditam, pro quartâ; nimiam, pro quintâ; dubiam, pro sextâ adjiciunt. Veteres tria statuunt summa morborum genera, Intemperiei, Conformationis, Vnionis; Neotericorum nonnulli alia adhuc duo adjici volunt. Paracelsus plura quàm duodecim nova excogitavit. Et tamē, dicunt, qui bene distinguit bene docet; Verè dicis, sed aliud est bene, aliud nimium distinguere. Verius illud, nimium subdistinguendo amittitur veritas. nam dimidium plus toto, uti prudenter Hesiodus. Senecam hanc ad rem audi Epistola 89. *Faciam ergo quod exigis, & Philosophiam in partes, non in frusta, dividam. Dividi enim illam, non concidi, utile est.*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 115 sur 280

©BIU Santé

„ *Deſcribitur in tribus populus, in centurias exercitus.*
„ *Quidquid in maius crevit, facilius agnoſcitur, ſi diſ-*
„ *ceſſit in partes: quas (ut dixi) innumerabiles eſſe &*
„ *paucas, non oportet. Idem enim vitij habet nimia,*
„ *quod nulla diviſio: ſimile confuſo eſt, quidquid uſ-*
„ *que in pulverem ſectum eſt.*

ὀστέον ὑπερώσκει ἄλλη τ κεφαλῆς ἢ ὅ ἕλκος ἔχει ἀνθρώπου, καὶ τὸ ὀστέον ἐψιλώθη τ σαρκός. πέμπτος ἔστος τρόπος. καὶ τούτῳ τῷ ξυμφορῇ ὅταν γένηται, οὐκ ἂν ἔχοις ὠφελῆσαι οὐδέν. οὐδὲ γὰρ εἰ πέπονθε τὸ κακὸν τοῦτο οὐκ ἔστιν ὅπως χρὴ αὐτὸν ἐξελέγξαντα εἰδέναι εἰ πέπονθεν τὸ κακὸν τοῦτο ἄνθρωπος, οὐδ' ὅπῃ τ κεφαλῆς.

Os ſub vulnere frangitur loco alio, quàm qua vulnus eſt oſque nudatum fuit. Hic modus quintus. Quod infortunium ubi accidit, nullis ei remedijs ſuccurras. Non enim ſcire potes ubinam malum hæreat; imo num æger vulneratus ſit, aut quanam capitis parte etiamſi maxumè quæras certior fieri potes.

Hic proponit quintum poſtremumq; vulnerati cranij modum; quem peculiari voce ξυμφορὴν Hipp. appellat; Vertunt Interpretes, Infortunium. Et certè verè infelices ac infortunati ejuſcemodi exiſtunt ægri, qui nec ipſi

ipſi ſciunt, an & quo loco læſi ſint, nec quoque medicus aut chirurgus hac de re certior fieri poteſt, niſi cum jam conclamatum eſt. Multis autem fieri poteſt modis. Fronte icta integra, finditur occiput; aut contrà. Vulneratur tempus dextrum; ibi omnia illæſa, niſi quod fiſſum tempus oppoſitum; aut viceverſa. Aut etiam ſi non locus rectà oppoſitus, vicinus læditur, illæſo eo qui ictum accepit. Vidi ictum bregmatis os ſiniſtrum quà lambdoidi jungitur, fiſſo ſincipitis oſſe dextro, idque prope bregma, loco ita vicino coronariæ ſuturæ, in ipſam uti rimæ pars ſe extenderet. Iam ſubinde accidit (hic omnium miſerrimus caſus) in externam uti tabulam incidens ictus, illâ illæsâ manente rimam agat ſubjecta: neque ſolum rimam agat, ſed & interdum fragmenta de ſe emittat, menyngem, imò ipſum quæ pungant cerebrum.

Hæc vulneris cranij ſpecies Celſo fuit nota, qui eam ita adumbrat Cap. 4. lib. 8. *Solet etiam evenire, ut alterâ parte fuerit ictus, & os alterâ fiderit. Itaque ſi graviter aliquis percuſſus eſt, ſi mala indicia ſubſequuta ſint, neque ex parte qua cutis diſſciſſa eſt, rima reperitur, non incommodum eſt parte alterâ conſiderare, num quis locus mollior*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 117 sur 280

©BIU Santé

„ *ſit, & tumeat, eumq; aperire.* Quid ſi nihil mol-
„ litiei illic oſtendat locus? Quid ſi oppoſitâ
parte non fuerit fiſſura, ſed aut vicinâ aut aliâ?
quid ſi interna tabula fiſſa ſit? certe ſi quis
non niſi merâ fretus ſuſpicione hanc illam vè
capitis partem ſecet, nihil inibi detrimenti
inveniat, & æger poſtmodum moriatur, non
poterit crudelis medici evitare nomen, ve-
rum notam tam ſibi quàm arti inuret non
eluendam. Miſerum ac infortunatum hunc
caſum, Reſonitum alij, alij Contrafiſſuram
vocant, ejuſque non unum videre eſt exem-
plum apud Pareum, Fallopium alioſque. Mi-
ſerrimum mihi viſum in pago vicino. Iuve-
nis quidam currui inſidens metuenſque ne
vacillans concideret, è curru dum pro-
ſilere conatur, capite pronus in terram
concidit. Sublatus pro mortuo, aphonus,
vix reſpirans. ad ſe paulum ubi redijſſet, vo-
muit. obijt tertio poſt caſum die. Diſſecto
poſt obitum pericranio, in externâ cranij ſu-
perficie apparuit nihil, ne læſionis quidem
veſtigium; calvâ ablatâ, conſpectum, eo in
quem ceciderat, loco ab internâ parte, ingens
avulſum fragmentum, quod per utramque
cerebri partem perque intermediam diviſu-
ram

ram ſe trajecerat, unde motus ejus viſceris dubio procul impeditus, indeque mors. Ad quem caſum notandum, multis de cauſis fieri apoplexiam; quas ad duas referri poſſe putem. Fit namque, aut ab externâ, aut internâ cauſâ. Externâ, uti præ valido in caput incidente ictu, cerebri concuſsionem, mentiſq; perculſionem adferente. præ ſubito tremore, mentiſque perturbatione. præ fulgure, fulmine. A cauſâ internâ, quatenus animali ſpiritui exitus, aut aditus prohibetur. aditus, uti ſubito ſi obſtruantur iugulares venæ, carotideſve arteriæ. Exhauſtis namque animalibus ſpiritibus, reſtauratio nulla fit, intercluſo ſpiritibus vitalibus aditu. apoplexiam ab hac cauſâ notat Hipp. aph. 43. 44. 2. tum & aph. 6. 6. exemplo eorum qui potu obruti. nam illi eſt vera καταλήψις, arteriarum nimirum venarumque interceptio. Huic curationem præſcribit Epid. 2. *aphoniam febris expertem, ſanguinis miſſio ſolvit.* Et ibidem paulo poſt: *quod quis repente obmutuerit in cauſa eſt, venarum interceptio, ſi bene valenti accidat; oportet itaque venam cubiti interiorem ſecare.* Hanc eâ quâ animalitati exitus prohibetur ideo minus periculoſam iudicarim, quoniam hic nimia illa materiæ

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 119 sur 280

©BIU Santé

teriæ copia intra vaſa quum hæreat, educi poteſt, inſtitutâ tempeſtivè liberali evacuatione. Exemplo ſit eclipſis Solis & Lunæ; quarum illa cum mora eſt nunquam, hæc ſæpiſsimè. Quam cauſat denegatus ſpirituum animalium exitus, plures agnoſcit cauſas. Cum nimia nonnaturalis humoris copiâ, capacitas ventriculorum cerebri repletur, ſimulque ventriculis contentus choroidis plexus. Si tantum arteriolæ dictum plexum conſtituentes nimis repleantur, ventriculis liberis manentibus. Vniverſum cerebri corpus alienâ ſi inferciatur materiâ, pori dico illi quos habet dicti viſceris poroſa foraminulentaque ſubſtantia, ut quæ ſpongiæ in modum ſe habet. Quod ſi ventriculi, plexus choroides, ipſaque cerebri poroſitas, omnia hæc inquam ſimul repleantur, maxuma orietur apoplexia. uti & ſi concidens calloſum corpus, ventriculis inſtar Athlantis impoſitum, eos obturet. Si fragmentum à cranio avulſum cerebro ſe infigens motum ei adimat, uti hoc caſu factum.

τούτων τῶν τρόπων ὁ κατήξιος ἐς πρῖσιν ἀφήκε, ἤτε φλάσις ἡ ἀφανὴς ἰδεῖν, καὶ ἰώ πως τύχη φανερὴ γνο-

γλωμμήν. καὶ ῥωγμὴν μὲν ἀφανῆς ἰδεῖν, καὶ μὲν φανερὴν ἢ. καὶ μὲν ἔδρης γλωμμήν ἔ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ περσγλυφὴ ῥωγμὴ ἐ φλάσις τῇ ἕδρῃ. καὶ μὲν φλάσις μόνον περσγλυφὴν ἄνευ ῥωγμῆς τῇ ἕδρῃ, καὶ αὐτὴ ἐς πῖσιν ἀφήκει. τὸ δ' ἔσω ἐσφλωμμον ὀστέον ἐκ τῆς φύσι ἔ τῆς ἐωυτῦ, ὀλίγα τῶν πολλῶν πῖσι ἔ περσδεῖται, καὶ τὰ μάλιστα ἐσφλαδέντα καὶ μάλιστα καταῤῥαγῆτα. ταῦτα πῖσιος ἥκιστα κέχρηται. ὑδὲ ἕδρη αὐτὴ ἐφ' ἑωυτῆς γενομένη ἄτερ ῥωγμῆς καὶ φλάσιος, ὑδὲ αὐτὴ πῖσιος δεῖται. ὑδ' ἡ διακοπὴ μὲν μεγάλη καὶ εὐρέη ὑδ' αὐτὴ. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τοῦτο ἐστιν.

Hiſce fracturæ modis de ſectione cogitandum, ſive colliſum ſit os, idque aut evidenter aut obſcure; ſive fiſſum manifeſtè ſit, aut non. Præterea quum os ita inciditur teli uti veſtigium in oſſe appareat, ſive ſimul abſque colliſione fiſſum ſit, ſive colliſum abſque fiſſurâ; nam & tum ad ſectionem accedendum. At verò id quod à ſuo abiens ſtatu deſidit, rarò ſecandum. Vti & illa minus ſectionem expoſcunt, quæ maxumè inſederunt, admodumque fracta fuerint. Vti neque ſectione eſt opus, ubi teli veſtigium abſque rimâ aut colliſione per ſe remanet; veluti neque, ſi lata magnaque fuerit præciſio. Nam præciſio & teli ſedes idem ſunt.

Expo-

©BIU Santé

Expoſuit diſtinctè Hippocrates, quot modis capitis os lædi poſsit, Fiſsione nimirum, Colliſione, Introtruſione, Teli ſede, & Contrafiſſurâ. Pergit nunc, explicaturus qua ratione hiſce incommodis medelam adferre poſſit debeatque chirurgus. Primum ac ante omnia, iubet ſectionem oſsis inſtitui, dicens: τούτων ὧν τρόπων τῆς κατηξιῶν, ἐς περίζιν ἀφήκε. Per περίσιν autem, ipſius intelligit oſsis ſectionem, non cutis capitis ſeu pericranij. Eſt namque origo voculæ à πείω. πτίων ferram ſignificat. inde περιόω & πρίζω, ſerro, ſerrâ ſeco vel divido; indeque περίσις, ſectio ſeu diviſio quæ ſerrâ ſeu ferreo fit inſtrumento in corpore duro. Et tamen aliter, quotquot ſunt exercitati chirurgi, priuſquam in capitis ictubus ad ſectionem ipſius deveniant cranij, de pericranij apertione, diductione, ſeu dilatatione agunt omnes. Reſpondeo, Hippocratem idipſum paulò poſt monere ac præſcribere, hoc eodem libello. Præterquam, quòd exiſtimet, perito chirurgo monitore hic non eſſe opus. Sicque reverâ eſt, in omni capitis vulnere illud veterum monitum animo circumferre oportet, *omnia ſuſpicari*. Itaque ſi vel minima fuerit læſi cranij ſuſpicio, quamprimùm

primùm diſſcindendum pericranium; illud namque ſi negligatur, fueritque vel minima in oſſe rimula, præcipitabit ſe in ſubjectum cerebrum ſaburra fiſſurâ collecta, corruptaq;, mortemq; vulnerato adferet certam. Celſus hanc ad rem audiatur cap. 4. lib. 8. *Quacunque autem de causâ curatio hæc neceſſaria eſt, ſi nondum ſatis patefacta cutis eſt, latius aperienda eſt, donec quidquid læſum eſt in conſpectu ſit. Nec enim magno negotio cutis ſaneſcit. etiamſi* * fruſtrà *deſecta eſt. In quo ipſo videndum eſt, ne quid ex ipsâ membranulâ, quæ ſub cute calvariam cingit, ſuper os relinquatur. Siquidem hæc ſcalpro terebriſve lacerata, vehementes febres cum inflammationibus excitat. Itaque eam commodius eſt ex toto ab oſſe diduci. Plagam, ſi ex vulnere eſt, talem neceſſe eſt habeamus, qualem acceperimus. Si manu facienda eſt, ea fere commodiſſima eſt, quæ duabus tranſverſis lineis litteræ X figuram accepit, ut deinde ſingulis procedentibus* † angulis *cutis ſubſequatur.* Locus inſignis, metum ſectionis pericranij chirurgo adimens, cum dicit; capitis cutem facilè ſolideſcere. Ita namque eſt, ſubſtantia ei data mollis, ſucculenta, pinguis, eoque facile ſolidabilis. niſi autem ſeparetur, non poteſt nec purgari, multo minus deleri ſi quæ ſubſit rima.

* Vulgaris hæc lectio placet, non vero quòd nõnulli. *in fruſta.*

† Ita legendum cenſeo.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 123 sur 280


©BIU Santé

ma. Addit Celſus obſervationes chirurgo in pericranij diſſectione obſervandas. 1. ut unicâ ſectione non ſolùm cutis, verùm & ſubjectum perioſteon diſſecetur, ſimulque ab oſſe ſeparetur. nam illa acutè quum ſentiat, nî removeatur, doloribus excarnificabit ægrum, quoties vulnus reficitur; indeq; febris ac inflammationis metus. 2. quâ inciſionis figurâ uti chirurgus debeat; nimirum quæ decuſſatim chiaſmum faciat. nam illa quatuor ſuppeditat angulos, quibus in diverſa diductis, ſatis ſuperque denudabitur cranium.

Sciat tamen chirurgus, non indiſcriminatim quemcunque capitis locum incidi debere; vitanda etenim, aut ſaltem admodum circumſpectè & cum judicio diſſecanda frontis cutis, ne palpebris detrimentum inferatur. Etiam abſtinebit à læſione muſculorum capitis motui dicatorum, ſi in occiput inciderit vulnus. Omnino verò idque admodum religioſè, abſtinebit à temporalibus muſculis. Idem Celſus monet loco citato: *neque id* » *vitium ullum metum, niſi inter muſculos, qui tem-* » *pora continent adfert* *, *nam ibi nihil tuto ſit.*

* Ita lego, nullus alias ſenſus erit.

A *Muſ-*



A. *Muſculi frontis, ſuperiori palpebræ addicti, fibraſque ſuas rectas eò efferentes.*

B. *Muſculus temporalis, maxillam verſus fibras extendens.*

* *ad muſculos occipitis, quorum hac pagina fit mentio, vide figuram pag. 59.*

Norit & illud chirurgus; quum in omni ci-

 pitis


©BIU Santé

pitis vulnere iubemus abſque morâ diſſcindi pericranium, duabus tamen cum cautelis idipſum fieri debere. 1. tum quum aliqua eſt ſuſpicio læſi cranij: aut cum inſignis eſt contuſio continens ſanguinem concretum, hanc inſtituendam. non enim debet ſine cauſâ doloribus inſteſtari æger. 2. non temere ad hanc ſectionem in pueris veniendum, nam in illis minus id tutum. ideo potius convenientibus topicis conandum reſolvere diſcutereque tumoris contuſionisque materiam, quàm ſanguinis profuſione, vires in illâ ætate minus firmas, magis dejicere. ut non dicam præ clamore ac eiulatu puerorum, diſtendi capitis vaſa, unde facile ſupervenit inflammatio, aliaque ſymptomata.

Hiſce itaque, ſi per ſe vulnus capax ſatis non fuerit, protinus tum πρίσιν præſcribit Hip. quâ non id vult, ſemper ad modiolum recurrendum, eoque partem oſsis excidendam. nullo modo. periculoſæ plena aleæ illa res. Diſtinguendum itaque hic: Si namque ſuperficiaria fuerit Fiſſura, primam non tranſcendens tabulam, conandum ſcalprorum uſu eam delere. Sunt variæ figuræ ſcalpra.

A. Scal-


1017.



A. *Scalpra raſoria.*
B. *Scalpri quos μηλωτὰς vocat Paulus.*

©BIU Santé

118.



A. κυκλίσκος, ſive ſcalper exiſarius cavus, qui malleo impelli ſolet.

B. Planus ſcalper.

Erant

Erant veteribus ſcalpra exciſoria & cava (quos κυκλίσκους Galenus, Paulus κυκλισκωπους vocat) tum raſoria, quæ ξυστῆρας vocabant. Erant & ſcalpri lenticulares, φακοῶδοι dicti, quibus ad membranæ tutelam in calvariâ ſecandâ utebantur. Paulus etiam μηλωτοὺς ſcalpros ſpecilli formam habentes in excidendis eminentibus oſsibus celebrat, quam ad rem planos ſcalpros Celſus adhibet: Erant & κοινικίδες ſeu κοινίκια Celſo, non longè abſimiles.

Ex his hoc illove utendum, prout dumolliuſve tractandum fuerit cranium, tum rius & profundiores aut ſuperficiariæ rimæ. Nam id ſeriò obſervare chirurgus debet, quam minimum uti oſsis capitis auferat. nativum namque cerebri tegmen calvæ os eſt. innuunt id hujus paragraphi verba: *oſſa quæ admodum fracta fuerint, ſectione opus non habent.* Tali namque caſu, ſatis à ſe invicem diſſident fragmenta, naturæq; ad ſuperfluorum expulſionem, ſatis ſuperque datur ſpatij.

Alia adhuc quò ad priſin ſubeſt difficultas, an nimirum ad ferramentorum uſum protinus, & ſimul ac inflictum fuerit vulnus aut diſſectum pericranium, accedendum ſit. Fuerunt inter Veteres, ſuntque etiam hodie chirur-

©BIU Santé

chirurgi periti id qui negent, iubentes negotium naturæ relinqui; usu namque emplastrorum cephalicorum asserunt proventurum callum, quo ferruminari possit non rima solum, verum insuper fracturæ, eaque ratione divisa ossa glutinari. Celsus controversiam tangit, imò satis plenè tractat, Cap. 4. lib. 8. aiens: *In omni verò fisso fractove osse protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multo melius est emplastra experiri quæ calvariæ causâ componuntur. Eorumque aliquod oportet ex aceto mollitum per se super fissum fractumve os imponere, deinde super id aliquanto latius quàm vulnus est, eodem medicamento illitum linteolum, & præterea succidam lanam aceto tinctam. Tunc vulnus deligare, & quotidie solvere, similiterque curare usque ad diem quintum. A sexto die etiam vapore aquæ calidæ per spongiam fovere. cætera eadem facere. Quod si caruncula increscere cæperit, & febricula aut soluta erit aut levior, & cupiditas cibi reverterit, satisque somni accedet, in eodem medicamento erit perseverandum. Procedente deinde tempore emolliendum id emplastrum, adjecto cerato ex rosâ facto, quo facilius carnem producat. nam per se reprimendi vim habet. Hac ratione sæpè rimæ callo quodam implentur, estq; ea ossis*

ea ossis velut cicatrix; & latius fracta ossa si qua inter se non cohærebant, eodem callo glutinantur, estq; aliquanto melius velamentum cerebro, quàm caro quæ exciso osse increscit. Si verò sub primâ curatione febris intenditur, breveséque somni & ijdem per somnia tumultuosi sunt, ulcus madet, neque alitur, & in cervicibus glandulæ oriuntur, magni dolores sunt, cibique super hæc fastidium increscit, tum demum ad manum scalprumque veniendum est. Vides Celsum aliquot diebus periculum facere cephalicis emplastris, spemque dare sponte coalitura ossa fracta. Quam sententiam omnino explodendam puto, standumque Hippocrati, iubenti ut statim sectio rasuráve instituatur. Statim dico, ita namque paulo post hoc libro: τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπιξυστέον χρὴ τῷ ξυστηρίῳ βάθος καὶ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου ὡς πέφυκεν. *Postridie scalpro radendum est os, in altitudinem & longitudinem, prout hominis natura fuerit.* En, non vult differri rem, aut tempus teri emplastrorum usu, sed jubet ut ad prisin veniamus *postridie.* Nimis enim periculosum in capitis vulneribus negotium naturæ relinqui. Subest enim pars princeps quæ facile in consensum trahitur. Quotidianus id ostendit usus, nimi- periculosè chirurgiam in hisce diffe- affectubus

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 131 sur 280

©BIU Santé

ctubus quum licet poſtmodum ad priſin ve-
nias, nihilominus ſuccumbat æger, qui in
tempore ſi purgatum os fuiſſet, ſervari po-
tuiſſet. *os enim fractum niſi protinus ſuccurratur,*
gravibus inflammationibus afficit, difficiliuſque
poſtea tractatur, uti bene idem Celſus. Fida-
mus rationi, quotidianæ experientiæ, conſi-
lio magni noſtri Ducis; idque ijs quas hic
proponit conditionibus.

Text. εἰς περίσκεψιν ἀφικέ. *de ſectione cogitandum*, id eſt ad
uſum inſtrumentorum chirurgicorum conve
nientium accedendum. dictum etenim jam,
non ſemper per priſin exſectionem quæ tre-
pano fit, intelligendam. Tentandum delere
fiſſuram; planandæ oſsis fracti oræ; ſi angu-
ſtæ valde ſint rimæ, dilatandæ, ut ſuperfluis
exitus detur, idque accommodatorum ſcal-
prorum uſu. abradentes ſcalpri ſi non ſuffe-
cerint, etiam ad cycliſcum accedendum. Bre-
viter, omnia tentanda, priuſquam modiolus
in uſum trahatur, periculo enim non vacat,
unde non niſi ſummâ urgente neceſsitate eo
utendum.

Text. ἤτε φλάσις *ſive os colliſum ſit.* Vides eum per
priſin non ſemper exſectionem oſsis quæ
[illegible]no fit, intelligere. nam hic in colliſione
priſin

priſin præſcribit, quæ curatur infigendo in locum depreſſum, terebram. Vide hanc ad rem figuram pag. 43.

καὶ ὦ ἔδρη ᾖ ὑγιὴς. *Præterea quum ita inciditur os.* Text.

Si rima patens ſatiſque conſpicua ſit, ſufficit exaſperatas inæqualeſque fiſsi oſsis oras ſcalpendo delere, ut ſaniei ac ſordibus pateat exitus. ſi rima capillaris, illa in totum radendo deleatur.

τὸ δὲ ἔσω ἐσφλώμενον ὀστέον. *At verò id quod à ſuo* Text. *abiens ſtatu deſidit os, raro ſecandum.* Non vult priſi utendum in Eſphlaſi ſive Introtruſione; nam membrana ſatis premitur à depreſſo oſſe aut ejus abrupto fragmento, ita ut majorem quam ſcalptura eſſet allatura preſſuram, ferre nequiret. Quid itaque tali caſu? inſtituatur uſus modioli, iſque applicetur à latere introtruſi oſsis; hoc eſt oſsi integro.

οὐδὲ ἔδρη αὕτη ἐφ' ἑωυτῆς ᾖ μένη. *Vti neque priſi opus* Text. *ubi teli veſtigium abſque rimâ ac colliſione per ſe remanet.* Nam ſufficit ſola ſcalptura. Modo enim aſperitas quam tum oſtendit os, deleatur id ſatis eſt, ne nativo ſuo tegmine privetur cerebrum

οὐδ' ἡ διακοπὴ ὦ μεγάλη. *Veluti neque ſi lata ma-* Text. *gnaque fuerit præciſio.* nam quum ſatis oſsis te-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 133 sur 280

©BIU Santé

lo ablatum eſt, quid opus amplius auferre modiolo? nam de hoc agit.

Text. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τ' αὐτό ἐστιν. *nam præciſio & teſti ſedes idem ſunt.* Hoc eſt, utriuſque eadem eſt ratio, poteſt namque utrique ſcalpturâ ſatisfieri.

Ad intelligendum porrò hunc paragraphum inſpiciendus Celſus lib. 4. cap. 8. nam ibi modos habet auferendi & excidendi os, ſcalpris exciſorijs, aut terebratione, abſque tamen modioli uſu. nimirum in eo caſu ubi fragmentum oſsis à reliquo avulſum ſe recepit ſub oſſe oppoſito aut vicino, membranamque urget, ſimiliter etiam ubi colliſum ſive introrſum depreſſum fuit os, ſimulque in centro depreſsionis rimam habet, fit ita anguſtum præ oſsibus ſe invicem prementibus, nullo uti pacto detur exitus ſuperfluis. Quid in hiſce caſibus? ſimplex raſura ſive ſcalptura hic non ſuffecerit. Celſus itaque hanc rationem init: *Duo verò, inquit, ſub ictu* „ *calvariæ pericula ſunt, ne vel findatur, vel medium* „ *deſidat. Si fiſſura eſt, poſſunt oræ eſſe compreſſæ, vel* „ *quia altera ſuper alteram exceſſit, vel etiam quia* „ *vehementer rurſus ſe commiſerunt. Ex quo evenit,* „ *ut humor ad membranam quidem deſcendat, exitum*

verò

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 134 sur 280

verò non habeat, & sic eam irritet & graves in- cc
flammationes moveat. ubi media desedit, eandem ce- cc
rebri membranam os urget, interdum etiam ex fra- cc
ctura quibusdam velut aculeis pungentibus. His ita cc
succurrendum est, ut tamen quam minimum ex osse cc
demetur. (Notanda verba, nam os nativum ce- cc
rebri tegmen est.) Ergo si ora altera insedit, satis cc
est id quod eminet plano scalpro excidere, quo sublato cc
jam rima hiat quantum curationi satis est. hanc ad cc
rem radens scalprum non sufficerit, opus
malleolo erit quo scalper adigatur. At si oræ cc
inter se comprimantur, à latere ejus interposito digiti cc
spatio terebrâ foramen faciendum est, ab eoq; scalper cc
duabus lineis ad rimam agendis ad similitudinem C cc
litteræ, sic ut vertex ejus * a basi foraminis ad rimam cc
sit. Quod si rima longius patet, ab altero foramine cc
rursus similis sinus fieri debebit: & ita nihil latens cc
in osse concavum est, abundeq; exitus datur intus cc
† latentibus. Ne si fractum quidem os desedit, totum cc
excidi necesse est. Sed sive totum perfractum est, & cc
ab alio ex toto recessit. sive circumpositæ calvariæ cc
inhæret exiguâ parte, ab eo quod naturaliter se habet cc
scalpro dividendum est: deinde in eo quod desedit cc
juxta rimam quæ fecimus foramina addenda sunt. cc
Si in angusto noxa est, (id est, si longa non fuerit cc
rima) duo; si latius patet tria: septaq; eorum exci- cc


* Ita lego, nam vulgaris lectio sensum turbat.

† non ladentibus.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 135 sur 280

©BIU Santé

126.



A. *Rima in osse.*
B. *Foramina in osse facienda, à quibus initium excisionis fiat.*
C. *Sinus lunati in rimam terminati, quorum intermedium septum excidendum.*

denda: & tum ſcalper (exciſorius) *utrimque ad rimam agendus, ſic ut lunatum ſinum faciat, imaq; pars ejus intus ad fracturam, cornua ad os integrum ſpectent. Deindè ſi qua labent* (vacillent, fluctuent) *& ex facili removeri poſſunt, forfice ad id facta colligenda ſunt.*

Egregius Celſi locus, elegantiſsimè ac perſpicuè docens modum utendi exciſorio ſcalpro. neque ullum ex Veteribus video qui eandem adeo diſtinctè proſequatur. Præterquam quod curationis ſit ratio admodum tuta, ut merito idem author ſubjungat: *Hoc genus curationis efficit, ut qua parte fracta oſſa tamen inhærent,* (nondum omni ex parte ab oſſe integro abrupta avulſaq; ſint) *ſolidentur: qua parte abrupta ſunt, ſine ullo tormento ſub medicamentis tempore excidant, ſpatiumque inter hæc ſatis illis magnum ad extrahendam ſaniem relinquatur; Pluſque in oſſe propugnaculi cerebrum habeat, quam habiturum fuit eo exciſo.*

πρῶτον δὲ χρὴ τὸ τρωματίλιον σκοπεῖσθαι, ὅπῃ ἔχῃ τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς, εἴτ' ἐν τοῖσιν ἀδενεσέ-
ρηισιν· καὶ τὰς τείχας καταμανθάνειν τὰς ἀπὸ
τοῦ ὀλ-

©BIU Santé

τὸ ἕλκος, εἰ διὰ νεκρόφαλον ἢ διὰ βέλος. καὶ εἰ ἔσω εἰήλαν ἐς τὸ τρῶμα, κινδυνεύειν τὸ ὀστέον ψιλὸν νεῦναι τ σαρκός.

Considerare autem imprimis oportet, qua capitis parte vulnus inciderit, anne imbecilliore. Tum & capillos circà vulnus intueri. nam hi si telo præcisi vulneriq́ue sint impacti, verisimile fit os nudatum esse. quod quum evenit, dicendum à telo labem accepisse.

Dixit Author, cranij vitia πρῶτον requirere. Ejus usum cum cautione tamen ineundum nunc monet. Inter cautiones primo loco prognosin adfert, ne si victa ars malo fuerit, aut fefelliſſe aut ignoraſſe videatur chirurgus. Vult itaque ante omnia examinari vulneris locum, ut neceſſarios monere poſsit de periculo. Hac in re inconſideratus ſi ſit chirurgus, redundabit in ipſam artem calumnia.

Text. ὅπῃ ἔχει τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς εἴτ' ἐν πίσιν ἀσθενεστέροισιν

qua parte capitis vulnus inciderit, num imbecilliore. Nam quo imbecillior locus læſus, eò periculi plus ægro imminet. Etenim ictum validum abſque cerebri membranarumq́ue offenſa difficius perferet debilis quàm validus locus. Quibus verò locis imbecillius ſit cranium,

nium, ante dixit; nimirum anteriores cranij partes imbecilliores ſunt poſterioribus: omnium auten maxumè debile eſt bregma.

καὶ τὰς τρίχας καταμανθάνειν. *Et capillos circa vulnus intueri.* Et hæc verba ad prognoſin ſpectant. Si namque ſimul ac ad vulneratum accedit chirurgus videat, capitis pilos in ipſo vulnere erectos eſſe, antequam manum adhibeat, monebit proxumos non videri rem carere periculo; nam ut plurimum id ſignificat pericranio diſſecto ipſum os læſum eſſe. Text.

Ταῦτα μὲν οὖν χρὴ ἀποβλέποντα σκοπεῖν πρόσθεν ἅπτεσθαι λέγω, μὴ ἀπτόμενον δ' αὐτοῦ. ἁπτόμενον δ' ἤδη πειρᾶσθαι εἰδέναι εἰ ἔστι ψιλὸν τὸ ὀστέον τ' σαρκὸς ἢ οὔ. καὶ εἰ μὲν καταφανὲς ἦ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν τὸ ὀστέον ψιλόν· εἰ δὲ μὴ, τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι.

Et quidem hæc animadvertenda veniunt, dicendáque priuſquam homini manus injiciatur. Poſtquam manum admoveris, adnitendum eſt, ut num os carne nudatum ſit ſcias; & an, nudatum ſi ſit, conſpici queat. Videri enim ſi nequeat, ſpecillo res exploranda.

ἁπτόμενον δ' ἤδη. *ut num os carne nudatum ſit, ſcias.* Text.

©BIU Santé

Per carnis vocem perioſteon intelligit; dicitque fieri poſſe ut adeo anguſtum ſit pericranij vulnuſculum, ut neque digitis, multo minus viſu iudicare queas, num perioſteon pertuſum. Fieri namque poteſt, os uti fiſſum ſit, membranulâ hac integrâ; hinc ſcalpris tractari os nequit, nî ſingulis refectionibus recrudeſcere dolores velis. Tali caſu cutem & cum eo unà perioſteon diſcindere præſtat, ſicque os nudare. Quî eris certus?

Text. τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι. *Hac periculum ſpecillo.* μήλη chirurgicum eſt inſtrumentum, quo ad exploranda vulnera vulgò uti ſolent. quo vulnerum profunditatem, rectitudinem, cæteraq; pertentare ſolent; unde vulgò Tentam vocant. Hinc μηλόω tento, exploro. μήλωσις pertentatio, exploratio. Hoc, Specillum Latinis, diminutivè uti videtur à ſpecium, quo uſus eſt Pacuvius, cui origo à ſpeculando. Vult itaque, ſpecillo per pericranij vulnuſculum demiſſo, explorari ac ſpeculari num pertuſum perioſteon; num quæ ſubſit rima. Quo pacto? Rima ſi ſubſit, hæſitabit inſtrumentum; integrum ſi perioſteon, obtuſum habebis ſenſum. Quid ſi auditu? ſolent namque emiſſo ſpecillo leviter pulſare fundum; clarum nam-

namque dabit ſonum os, denudatum ſi ſit. Vtendum autem hanc ad rem ſpecillo obtuſo. Nno una etenim ſpecillorum figura. Celſum audi, Cap. 4. lib. 8: *Ergo qua plaga eſt, demitti ſpecillum oportet, neque nimis tenue, neque acutum; ne cum in quoſdam ſinus naturales inciderit* (inæqualitates aut aſperitates quas nonnullorum habent crania intelligit) *opinionem fracti oſſis fruſtrà faciat: neque nimis plenum,* (latum, obtuſum) *ne parvulæ rimæ fallant. Vbi ſpecillum ad os venit, ſi nihil niſi læve & lubricum occurrit, integrum id videri poteſt. Si quid aſperi eſt, utique qua futuræ non ſunt, fractum os eſſe teſtatur.* (Dic tu, niſi vulneratus peculiares ſibique proprias habeat futuras. uti in nonullis fit. Vide Oſteologiæ meæ Cap. 6.)

καὶ ἢν μὲν ὀξὺς ψιλὸν ἦ τὸ ὀστέον τ σαρκὸς, καὶ μὴ ὑγιὲς ἀπὸ τ τρώματ@, χρὴ τὸ ἐν τῷ ὀστέῳ ἔοντ@ τῳ διάγνωσιν πρῶτα ποιέεσθ, ὁρῶντα ὅσον τέ ἐστι τὸ κακὸν, καὶ ἵν@ δεῖται ἔργου.

Vbi verò os carne nudatum ac à telo læſum offenderis, dignoſcere tum opus eſt quantum ſit vulnus, & quam expoſcat operam.

Quantum ſit vulnus. Num magnum, num Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 141 sur 280

©BIU Santé

parvum. an utraque, an verò unica ſolum modo tabula pertuſa.

Text. *Quam expoſcat operam.* Num ſola ſufficiat ſcalptura, an etiam cyclyſco exciſorio opus; num terebratione, oſsis ſublevatione, exciſione quæ modiolo fit.

χρὴ δ' καὶ ἐξωλᾶν τὸν τετρωμένον ὅπως ἔπαθε καὶ τίνα τρόπον.

Etiam examinandus vulneratus, ut ſciamus qualiter & quò pacto inflictum vulnus ſit.

Text. *Qualiter*, quo teli genere nempe, acuto, obtuſo: ſi conciderit, an ex alto ceciderit, nec

Text. ne. *Quo pacto.* Num ictum præviderit. nam prævisa tela minus nocent. Itaque quærendum, num ad manus cum adverſario devenerit. Etiam quænam vulnerati fuerit cum ictus infligeretur conditio, num potu obrutus. Hæ etenim circumſtantiæ, majorem minoremve ictus facient vehementiam, indeque num plus minuſve æger periclitetur, colliget chirurgus.

ὧν δὲ μὴ καταφανὲς ᾖ τὸ ὀστέον, εἰ ἔχει πάχος ἢ μὴ ἔχει, πολλῷ ἔλαττον χρὴ μᾶλλον τῶν ἐξώθησιν ποιέεσθαι ψιλοῦ τε ἐόντος τοῦ ὀστέου τὸ τρῶμα ὅπως ἐχώρεε, καὶ ὄνυξι τρόπων.

Sin ve-

Sin verò nulla ratione appareat num læſum ſit os nec ne, oſſe nudato multò magis interrogandum, qualiter vulneratus & quo pacto.

Infortunij ſeu Contrafiſſuræ caſum hiſce verbis proponit. Si nimirum tam ex inflicti vulneris circumſtantijs, quam præſentibus ſymptomatis chirurgo oriatur ſuſpicio cranium eſſe læſum, neque tamen ſenſui ſe offerat læſio. tali caſu omnia ſuſpecta ſunto chirurgo, cujus erit ſumma cum curioſitate, ad ſingula quæ ſe offerent, diligentiſsimè attendere.

Oſſe nudato ait, hoc eſt, ubi ipſo in quem plaga ictuſve incidit loco, os nudatum oculis conſpici poſsit, ſpecillo feriri ac explorari, nullam tamen labem deprehendat chirurgus; ſymtomata nihilominus ſiſsi fractive adſint cranij, vomitus nempe, vertigo, obcœcatio, proſtratio, ſimiliaque: hoc inquam caſu, ne ſit ſecurus. metuendum namque eſt, alio aliquo loco cranium diviſum eſſe. Texte.

τὰς γὰρ φλάσεις, καὶ τὰς ῥωγμὰς τὰς ἀφανομένας ἐν τῷ ὀστέῳ, ἐνεόσας δὲ, ἐκ τῆς ἰατρικείου τοῦ τετρωμένου πρῶτον διαγινώσκειν χρεὼν ἔστι τὸ ὀστέον ἢ πέπονθεν.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 143 sur 280

©BIU Santé

Quum enim collisa aut fissa ossa non tamen talia apparent, ex vulnerati relatu primo adniti debemus cognoscere, num os aliquam noxam habeat.

Interrogandus nempe æger, num bilem vomuerit, num oculi ejus obcæcati sint; num obmutuerit; num per nares aureſve sanguis ei effluxerit; num conciderit; num sine sensu quasi dormiens jacuerit. Hæc enim rarò, nisi fracto osse eveniunt. At ubi inciderunt, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Sed de hisce similibusqu, e quæ ex ægri relatu scire chirurgus debet, statim ipse aget Author.

ἔπειτα δὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξελέγχοντα πλὴν μηλώσιος. μήλωσις γὰρ οὐκ ἐξελέγχει εἰ πέπονθε τοῦτο τῶν κακῶν τὸ ὀστέον, καὶ εἰ μὴ ἔχει ἐν αὑτῷ, ἢ πέπονθεν, ἀλλ' ἑδρίων τε τοῦ βέλεος ἐξελέγχει μὴλωσις. καὶ μὴν ἐμφλαθῆ τὸ ὀστέον ἔστω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. κ' μὴν ἰσχυρῶς ῥαγῇ τὸ ὀστέον, ἅπερ καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανέα ἐστὶν ὁρῶντα γινώσκειν.

Dein rem citrà specillum ratione explorare. non enim deprehenditur specillo ullamne talem noxam os senserit, & num violatum sit an non. Verum ubi vesti-

veſtigium teli in oſſe manet, vel à ſuo ſtatu recedens deſidit, aut vehementer ruptum eſt, id ſpecillo deprehenditur; uti idipſum etiam tum oculis cerni poteſt.

Idem eſt hujus qui præcedentis paragraphi ſenſus. nimirum ſi ictus vehementia aliaque arguant os diviſum, neque tamen ſpecillo eâ de re certus eſſe poſsis, ſuſpicari debes alio quàm ictus loco hærere offenſam. Quum verò veſtigium teli oſtenderit os: aut quum idem vehementer perfractum eſt, idipſum non ſolum ſpecillo ſed & viſu cognoſci poteſt.

ῥῆγνυ) δὲ τὸ ὀστέον τάς τε ἀφανέας ῥωγμὰς καὶ λὰς φανερὰς, καὶ φλᾶ) τὰς ἀφανέας φλάσας, ἐς ἐσφλᾶται ἕως ἐκ τ φυσεως τ ἑωυτ μᾶλλον ὅταν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου λιτρωσκόμενος πηδήσῃ πρῶσαι * βουλόμενος. ἢ ὅταν ἐξ ὑψηλοτέρης χώρης ἢ βολὴ ἢ ἡ πληγὴ, ὁπότερ ἂν ἢ μᾶλλον. ἢ ὁ' ἂν ἐξ ἰσοπέδου ἐς χωρίον. καὶ ὧν πιχειρατέη τῇ χειρὶ τὸ βέλος. ἤντε βάλλῃ, ἤντε τύπτῃ. καὶ ἰσχυρότερος ἐὼν ἀσθενεστέρου λιτρώσκῃ.

* βέλος alij

Finditur autem os obſcuris & conſpicuis rimis; colliditurque ita ut colliſum non appareat, tum & à ſtatu ſuo recedens deſidit, cum alter alterum de induſtriâ

©BIU Santé

duſtriâ vulnerat: quumque a loco ſublimi vel jacit telum, vel etiam manu tenens ita ferit. Quocunque id fiat modo, gravius erit vulnus quàm ſi æqualiter conſiſtat, & ſi quis manu tenens telum ita jaciat feriatve. etiam gravius futurum eſt vulnus, robuſtus imbecilliorem ſi lædat.

Circumſtantias aliquot nunc enarrabit è quarum examine colligere medicus poterit, majore minoréve num vulnus cum periculo conjunctum ſit.

Text. *Vbi alter alterum de induſtriâ vulnerat.* Nam id probatione non eget, eos qui deliberato animo inferuntur ictus, efficacius graviuſque afficere vulneratum, quàm ſi quis per incogitantiam, aliud agens, aut etiam invitus lædat.

Text. *Quumque è loco ſublimi vel jacit telum.* Hæc intellectu facilia ſunt. quo enim propinquior vulnerato vulnerans, eò truculentius feriet. Ita & robuſtus deliberato animo accedens ſicarius, graviorem ingeret ictum, quam debilis, nec firmis præditus lacertis.

ὅσοι δὲ πίπτοντες ὑπερώσκονται, ὀξὺς τε τὸ ὀξέον, καὶ αὐτὸ τὸ ὀξέον. ὁ δὲ ἀπὸ ὑψηλοῦ πίπτων καὶ ἐπὶ σκληρότατον καὶ ἀμβλύτατον, τῶτο κίνδυ-

κίνδυνω & τὸ ὀστέον ῥαγῆναί τε καὶ φλασθῆναι, ἢ ἔσω ἐσφλασθῆναι ἐπὶ τὸ φύσει & τὸ ἐωυτῷ. τῷ δ' ἐξ ἰσοπέδου μᾶλλον χωρίου πίπτοντι ἢ ἀπὸ μαλθακώτερον, ἧσσον ταῦτα πάσχει τὸ ὀστέον, ἢ οὐκ ἂν πάθοι.

Si ex casu aut ea quæ circà os sunt, aut ipsum os vulneretur, is qui ex valde sublimi loco in declivem, eumque durum ac obtusum pronus ruit, periclitatur ne os findatur, collidatur, aut a suo recedens statu desidat: is verò qui è loco plano in subjectum mollius decidit, minus certe aut nullo pacto noxas istas incurret.

Circumstantia ejusdem cum præcedente intentionis. Sicuti enim cominus, quàm eminus illati ictus validiores; ita omninò is, qui ex alto cadens illidit in saxum aut ferrum, magis offendetur, quam si in terram, eamque sabulosam nec compactam delabatur.

ὅσα ἂν ἐωυτὸν ἐς τὴν κεφαλὴν βέλεα πρόσωπά πρὸς τὸ ὀστέον, τὸ ἀπὸ ὑψηλοτάτου ἐμπεσὸν, καὶ ἧκισα ἐξ ἰσοπέδου. καὶ σκληρότατόν τε καὶ ἀμβλύτατον, καὶ βαρύτατον, καὶ ἥκιστα κοῖλον. καὶ ἥκιστά τε καὶ ὀξὺ καὶ μαλθακόν. τοῦτο ἂν ῥήξειε τὸ ὀστέον

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 147 sur 280

©BIU Santé

καὶ φλαύρως. ἢ μάλιστά γε ταῦτα πάσχει τὸ ὀστέον κίνδυνος, ὅταν ταῦτα τὲ γίνηται, καὶ ἐς ἰθὺ τρωθῆναι καθ' αὐλίον γωνίαν τὸ ὀστέον τοῦ βέλεος. ἰσχύτε πληγῆ ἐκ χειρός. ἰσχύτε βληθῆ. ἰσχύτέ τι ἐμπέσῃ αὐτέῳ. ἢ ἰσχὺ αὐτὸς καταπεσὼν τρωθῆ. ὁκόταν δὲ τρωθεὶς καθ' αὐλίον γωνίαν τοῦ ὀστέου τῷ βέλει.

* φλεγμαίνοντα nonnulli, quod minus placet.

Τὰ δὲ πλάγιον ἔ ὀστέου * φλεγμαίνοντα βέλεα, ἧσσον ῥήγνυσι τὸ ὀστέον, ἢ φλαύρως εἴσω ἐς κεφαλὴν, ἢ καὶ ψιλωθῆ τὸ ὀστέον τ̃ σαρκός. ἔνια γὰρ τῶν τρωμάτων τῶν ἔτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τ̃ σαρκός.

E telis verò quæ in caput cadentia vulnerant ea quæ juxta os ſunt, tum & ipſum os, quod à loco maxumè ſublimi ac inæquali incidit, quodq; valde ponderoſum, hebes, ac durum non leve, neque acutum aut molle, illud findere collidereq; os poterit, maxumè verò periclitatur os ne ita lædatur tum quum recta telo occurrit æger, ſive telum manu jaciatur, ſive feriatur, ſive quid in ipſum illabatur, ſive corruens offendatur, ſeu quomodocunque percutiatur oſſe è regione ad lineam rectam ipſi telo occurrente. Tela verò obliquè ferientia os minus findunt, collidunt, ac deſidere faciunt, licet etiam os carne nudatum ſit. Nam à nonnullis ejuſcemodi vulneribus os ne nudatur quidem.

Hoc

Hoc paragrapho illud quod in prolegomenis inter monita à nobis fuit explicatum proponit; nimirum ictus rectilineos obliquis efficacius afficere. Nam in illis ictuum vis in se perpendiculariter recurrens duplicatur, fitq; tremor concussioq; cerebri longè major. Ejuscemodi itaque vulnera majore cum discrimine conjuncta sunt. Docuit id ante exemplo ictuum in ipsum bregma rectà incidentium, ut quibus periculosiora in caput non cadunt. Tantum hæc res potest, ut exercitati chirurgi minoris faciant partem magnam cranij diacope ablatam esse, quam rectilineo ictu non nisi vestigium teli in osse si apparet. Vidi, quibus globulus plumbeus ex arcu emissus rectâ lineâ in verticem inciderat, ita ut plumbum cranio infixum hæreret, obijsse; alios non paucos, quibus glandes, è sclopeto ejectæ, os insigniter dedolaverant, tamen evasisse. Simile exemplum is dedit, quem cestrâ in caput recto ictu percussum concidisse vidimus. Huic enim quamvis nulla appareret in externâ tabulâ neque fissura, fractura, imò ne teli quidem sedes, multò minus collisio, vidimus inquam avulsa ab internâ tabulâ fragmenta,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 149 sur 280

©BIU Santé

apoplexiæ citæque mortis dediſſe cauſam.

Τῶν δὴ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον, τάς τε φανερὰς ῥωγμὰς καὶ τὰς ἀφανέας, καὶ φλᾶ) ἢ ἐς φλᾶ ἔσω ἐκ τῆ φύσιος τῆ ἑωυτῆ τὸ ὀστέον, τὰ σφογγυλά τε καὶ περιφερέα, καὶ ἀρήσομα, ἀμβλέα, τὰ ὄντα καὶ βαρέα, καὶ σκληρά. καὶ τῶν σάρκα ταῦτα φλᾶ), ἢ πέπυρον ποιέει, καὶ κόπτει. καὶ τὰ ἕλκεα γίνε) ἐκ τῶν τοιούτων βελέων ἐς τὸ πλάγιον. καὶ ἐν κύκλῳ ἐκοίλα καὶ διάπυά τε μᾶλλον γίνε), καὶ ὑγρὰ ἔσι, καὶ ἐπὶ πλέονα χρόνον καθαίρε). ἀνάγκη γὰρ τὰς σάρκας τὰς φλαθείσας καὶ κοπείσας πῦον γνωμῦσαι ἐκ ταχέων. Τὰ δὲ βέλεα καὶ περιμήκεα ἐπὶ πολὺ λεπτὰ ἔοντα, καὶ ὀξέα καὶ κέφα, τῶν τε σάρκα διαλάμνει μᾶλλον ἢ φλᾶ καὶ ὀστέον ὡσαύτως. καὶ ἔδρην μὲν ἐμποιέει αὐτὸ καὶ διακόψαν. διακοπὴ γὰρ καὶ ἔδρη τωυτόν ἐσι. φλᾶ δὲ μάλα τὸ ὀστέον τὰ τοιαῦτα βέλεα. ἢ δὲ ῥήγνυσιν, ἢ δ' ἐκ τῆ φύσιος ἔσω ἐς φλᾶ.

Rotunda verò & orbiculata, plana, retuſa, gravia, & dura tela findunt os, tam conſpicuis quàm obſcuris rimis; tum & collidunt, & à naturali ſuo ſtatu medium deſidere faciunt. Carnem quoque illa contundunt, maturant & lacerant. Vulnera præterea ſub-

rea ſub hujuſmodi telis lateralia in orbem cava fiunt, magis purulenta ac humida tardiuſque purgantur. Neceſſe enim eſt carnem colliſam contritamq́; in pus verſam, tabeſcere. Oblonga verò tela, majore parte tenuia, acuta, & levia, carnem uti & os ſic incidunt, ut magis penetrent quam collidant. incidens enim telum potiſſimum ſedem relinquit. nam præciſio & ſedes ad idem referuntur. Hujuſmodi vero tela os non admodum collidunt, findunt, aut ita perrumpunt, ut a ſuo ſtatu recedens deſidat.

Rotunda, obtuſa, gravia, dura tela præ acutis ac ſcindentibus duo adferre ſolent incommoda: minorem etenim excitant in capite cerebroque contento tremorem ac concuſsionem: tum & pericranium cum perioſteo magis contundentia atterentiaque, compoſita faciunt vulnera, quæ & os findunt franguntve & carnem collidunt. Plus autem negotij chirurgo, pluſque periculi faceſſunt ægro vulnera compoſita, quàm ſimplicia. Celſus id eleganter monet lib. 5. cap. 26. *Aliquid etiam in vulneris genere figuraq́; eſt. nam pejus eſt, quod etiam colliſum, quam tantum diſciſſum eſt. adeo ut acuto quoque quam retuſo telo vulnerari, commodius ſit.*

Dicit non parum ad faciliorem difficilio-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 151 sur 280

©BIU Santé

remvé curationem facere qua figura prædi-tum vulnus ſit. Etenim cui colliſio adeſt ſive contuſio pejore habet loco, quàm quod in-ciſum ſolummodo. Ratio eſt, quod priori, præter cerebri concuſsionem (loquimur namque de Capitis vulneribus) adſit carnis contuſio, attritioque; quum telum acutum tantum diſcindens carnem, ſolutionem con-tinui licet, partium attritum tamen non in-ducat. Etenim attritæ ab obtuſo telo partes carneę, vaſis laceratis ſugillationem adferunt non tantum, verum inſuper carnium læſa-rum putredinem ac in pus converſionem. Quod ipſum etiam hoc paragrapho monet Hippocrates.

Text. *Oblonga verò acutaq; tela carnem & os magis incidunt.* Idipſum antea monuimus, os po-tius findi a telo obtuſo quàm acuto. nam a-cutum tremorem concuſsivum non infert, uti obtuſum.

Text. καὶ ἀρθίσσομα. ἀρθίσσομα tela exponit Gal. in Exeg. πανταχόθεν ὅμαλα, undiquaque plana & æqualia. Alioqui ἀρθίσσομαι is dicitur qui linguæ ali-cujus verba integra, non truncata, aut muti-lata, ſed diſtinctè ac perfectè profert.

Hippocrates duo hic proponit telorum genera,

genera, obtusa & acuta. Ægineta hac in re admodum curiosus, telorum differentias ita prosequitur, non semel uti miratus fuerim Scriptoris illius σμικρολογίαν. Sic inquit Cap. 88. lib. 6. ὅλη δὲ τοῦ βελοθηκικοῦ τῆς χειρουργίας μέρος τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐστὶ, θηλεῖ ὁ ποιητὴς ὅμηρος εἰρηκώς,

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.
ἰὸς τε ἐκτάμνειν, ἐπὶ τ' ἤπια φάρμακα πάσσειν.

λεκτέον δὲ πρῶτον τὰς διαφορὰς τῶν βελῶν. διαφέρουσι πίνου τὰ βέλη, ὕλῃ, σχήματι, μεγέθει, ἀριθμῷ, σχέσει, θωράκων. ὕλῃ μὲν, καθ' ὃ τῶν καλαμώδων ἀτρακίδων αὗται, ἢ ξυλίνων ἢ καλαμίνων ὑπαρχόντων. αὐτὰ δὲ τὰ βέλη, ἢ σιδηρᾶ ἐστιν ἢ χαλκᾶ, ἢ καστιτέρινα, ἢ μολίβδινα, ἢ κεραΐνα, ἢ ὑάλινα, ἢ ὀστᾶ, ἢ καλάμινα καὶ αὐτὰ, ἢ ξύλινα. τοσαύτη γάρ ἐστι διαφορὰ μάλιστα παρ' αἰγυπτίοις διείσκεται. σχήματι δὲ. καθ' ὃ τὰ μὲν εἰσι τροχύλα. Τὰ δὲ γωνιωτὰ, οἷον τετράγωνα. Τὰ δὲ γλωχινωτὰ, καὶ γιγωτὰ καλούμενα. Τὰ δὲ τετραγλώχινα. καὶ τὰ μὲν ἀκιδωτὰ, τὰ δὲ χωρὶς ἀκίδων. καὶ τῶν ἀκιδωτῶν, τὰ μὲν ὅπως τὰ ὀπίσω νεύσας ἔχουσας ἀκίδας ἔχουσιν, ἵνα ἐν τῇ ἐξολκῇ αὐτὰ μὴ πειρῶνται. Τὰ δὲ ὅπως τὰ ἐμπρόσθιας, ἵνα ἐν τῇ ὠθήσει τοῦτο ποιῶσι. Τὰ δὲ ἐξ ἀμφιβόλου δίκλου τῶν περαντηρίων, ὅπερ τὰ καὶ ἑλκόμενα αὐτὰ καὶ ὠθούμενα, αὐτὰ μὴ πειρᾶται. διὰ τὴν καὶ κυρτώματα διὰ γιγγλύμου τὰς ἀκίδας ἔχουσι σωματοειδώς. αἱ δίνες ἐν τῇ ἐξολκῇ ἐξαπλοῦνται, κωλύουσιν ἐξέλκεσθαι τὸ βέλος. Μεγέθει δὲ. καθ' ὃ τὰ μὲν εἰσι μεγάλα ἄχρι τριῶν τῷ μήκει δακτύλων. Τὰ δὲ μικρὰ ὅσον δακτύλου, ἃ δὴ καὶ μικρὰ καλοῦσι καθ' αἰγυπτίους. Τὰ δὲ τούτων μεταξύ. ἀριθμῷ δὲ. καθ' ὃ τὰ μὲν εἰσιν ἀτρακτα, τὰ δὲ σύνθετα. λεπτὰ γὰρ δύνανται ἐπεντίθεσθαι σιδήρια, ἄδυνατα ἐν τῇ τοῦ βέλους ἐξολκῇ διαλανθάνοντα μένειν καὶ τὸ βάθος. σχέσει δὲ. καθ' ὃ τὰ μὲν εὐθυωρον ἔχει τοῖς ἀτράκτοις ἐγκείμενον. τὰ δὲ ἀγκύλον. καὶ τὰ μὲν ἀσφαλῶς ἐνήρμοσται πρὸς τὸν ἄτρακτον.

Τὰ δὲ

©BIU Santé

Τὰ ἢ, ἀμελέστερον, ἵνα κατὰ τῶν ἐξολκῶν χωρίζωμεν εἴσω κατα-μείνῃ. ἡμεῖς δέ. καθ' ὃ τὰ μὲν εἰσιν ἀφάρμακα, τὰ ἢ φαρμακώδεα. αἷς τὰ μὲν αἱ τῶν βελῶν ἀφαιρέσεις.

" *Chirurgicæ partem telis extrahendis dicatam*
" *maximè neceſſariam eſſe, Poëta Homerus his ver-*
" *ſibus innuit:*

" Vir medicus multis alijs præſtantior, ut qui
" Corpore tela trahens, medicamine vulnera curet.

" *Primum itaque telorum differentiæ enumerari de-*
" *bent. Differunt autem tela materiâ, figurâ, magni-*
" *tudine, numero, habitu, viribus. Materia quidem,*
" *quatenus haſtilia aut lignea ſint, aut arundinea.*
" *Ipſa verò tela aut ferrea ſunt, aut ærea, aut ſtannea,*
" *aut plumbea, aut cornea, aut vitrea, aut oſſea, aut*
" *arundinea, vel etiam eadem lignea, tot enim diffe-*
" *rentiæ potiſſimum apud Ægyptios reperiuntur. Fi-*
" *gurâ autem, quatenus alia ſunt rotunda, alia ungu-*
" *loſa, nempe triangula, alia ſulcata quæ & Gonchota*
" *dicuntur, alia triſulca, atque alia cuſpidata, alia*
" *cuſpidibus carent. Ac cuſpidatorum, hæc cuſpides*
" *poſteriora ſpectantes habent, ut dum extrahuntur*
" *contrà defigantur: illa in anteriora ut propulſata idem*
" *faciant: quædam obverſas cuſpides habent, fulminis*
" *inſtar, ut dum ipſa trahuntur propelluntur que, in ob-*
" *jecta infigantur. Sunt quæ motâ cardine, cuſpides*

habent

habent contractas: quæ dum in trahendo explicantur, telum extrahi prohibent. Magnitudine variant tela, quatenus alia magna sunt, ut trium digitorum longitudinem expleant: alia parva, ut unum digitum æquent, qua sane & myiata apud Ægyptios vocantur; alia medium inter hæc locum occupãt. Numero autem, quatenus nonnulla simplicia sunt, nonnulla composita. tenuia siquidem ferramenta ipsis imponuntur, quæ in teli extractione in imo delitescunt. Habitu, quatenus alia ferrum acutum ligno habent insitum, alia concavum; ac quædam firmiter ligno infixa sunt, quædam negligentius, ut in extractione separata intus remaneant. Viribus differunt, quatenus veneno quædam sunt oblita, quædam non. Atque hæc sunt telorum discrimina.

ἄλλα, ἢν πρὸς τῇ ὄψει τῇ ἑωυτῆς ὅ, τι ἂν δι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ, καὶ ἐρωτέσιν ποιέεσθαι πάντων τούτων. ἦν μὲν γὰρ μᾶλλον τε καὶ ἧσσον πρωθέντα ταῦτ' ἔστι σημεῖα. καὶ ἰὼ ὁ πρωθεὶς καρώθη. καὶ σκότος ἐπεχύθη. καὶ δῖνος. ἢ καὶ πέση.

Quidquid porrò in osse se offert, præter ea quæ visu deprehenderis, id omne ex ægro quærendum; est enim aut gravioris levioriſve vulneris indicium. Præter hæc, num ictus velut soporosus fuerit; num

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 155 sur 280

©BIU Santé

obcæcati oculi; num vertigo eum comprehenderit; num conciderit.

Tradidit ſigna quorum ope veriſimiliter cranium fiſſum fractumve eſſe aſſequitur chirurgus: nimirum, exploratione per ſpecillum: examine ægri, quoad modum rationemque qua vulnus illatum: conſideratione teli quo idipſum inflictum: num perpendicularis, obliquus num fuerit ictus: an in debilem, an verò robuſtum capitis inciderit locum. Vulnus ſitne compoſitum an ſimplex. Addit nunc præter hæc alia ſigna; quibus fretus, certius quam jam dictis concludere etiam primâ refectione poteſt num læſum cranium nec ne. Illa ab animali deſumit facultate, ut quæ in capite habet domicilium. Hac præ ictu læſa, certè valida fuerit cerebri concuſsio ac perturbatio neceſſe eſt. quod cum fit, etiamſi integrum manſerit cranium, ſcire tamen licet, ægrum periculi expertem non eſſe. quid namque periculoſius, quàm ſi vulneri cranij, partis principis accedat affectio? Celſus hæc ſigna ita habet:

*Ita omnino legendum.

„ *Igitur ubi ea *percuſſa, protinus requirendum*
„ *eſt, num bilem is homo vomuerit; num oculi ejus*
„ *obcæcati ſint; num obmutuerit; num per nares aureſ-*

ve ſan-

ve ſanguis eï effluxerit; num conciderit; num ſine ſenſu quaſi dormiens jacuerit. Hæc enim non niſi oſſe fracto eveniunt. Non, hoc eſt rarò. Eveniunt namque interdum oſſe integro, ſi ab obtuſo in caput incidente telo valde fuerit concuſſum perturbatumq; cerebrum. *Atque ubi inciderunt, ſcire licet neceſſariam, ſed difficilem curationem eſſe.* ſignificatur namque cerebrum, partem principem, laborare, metumq; eſſe ne excuſſus è ſuis vaſis ſanguis ac putreſcens, phrenitidem aliave adferat incommoda. *Si verò etiam torpor acceſſit, ſi mens non conſtat; ſi nervorum vel reſolutio vel diſtentio ſecuta eſt, veriſimile eſt, etiam cerebri membranam eſſe violatam, eoque in anguſto magis ſpes eſt. At ſi nihil horum ſecutum eſt, poteſt etiam dubitari, an os fractum ſit.* Notanda poſtrema hæc Celſi verba. Eodem modo Ægineta in Capitis fracturis, Vertiginem, Vocis Interceptionem, repentinam collapſionem, ponit. Bilis verò vomitiones, convulſionem, mentis perculſionem, acutamque febrem, ubi membrana tacta fuerit.

Ἐλῦὸ πεωθεὶς καρωθῇ. *Num percuſſus velut ſoporoſus fuerit.* Significat namque adeo præ ictus vehementiâ concuſſum turbatumq; eſſe cerebrum, ut ad peragendam reſpirationem,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 157 sur 280

©BIU Santé

debitè moreque ſolito ſeſe movere nequeat. Non enim eſt naturalis hic ſomnus, verum ſtertor (Carum vocat Hipp.) ei ſimilis quo phrenitici ac lethargici corripiuntur. Illis namque affectubus, tumeſcente cerebro, impletoque ſpatio quod ipſum membranamq; intercedit, locum in quo ſe attollat etiamſi velit non habet; hic, ſpatium iſtud integrè licet ſe habeat, præ imbecillitate tamen ac perturbatione attollere ſe princeps illud viſcus nequit. Inde namque provenire ſoporem, quotidiana decrepitorum ſenum oſtendunt exempla, quos apoplexia cum maxumo ſtertore ſubito invadit, non aliâ de causâ, quàm reſoluto calloſo corpore in ventriculos irruente. Similis hic cari cauſa.

Text. ἢ σκότος προέχυθη. *Num obtenebrati oculi.* Quod perturbatum commune ſenſorium, viſorios ſpiritus, debitè ad particularia ſenſus organa, (ut oculos) non tranſmittat. Triplici namque ratione deficit ſenſuum actio. Ipſum particulare organum ſi vitium in temperie, conformatione, aut partium unione accipiat. Sicuti oculus in ophthalmia, cataractâ, ulcere pupillæ. Nervus organo inſerviens ſi lædatur, velut ſi denſentur, vulnerentur, aut

tur, aut obſtruantur optici nervi. Aut denique ipſum commune ſi laboret ſenſorium. Sicuti phrenitici floccos carpunt, exiſtimantes ea ſe, quæ non vident, videre: apoplectici nihil vident. Ita hic, perturbato cerebro, quum viſcus illud commotum præ ictu ac perturbatum, munere ſuo, in conficiendis mittendiſque per opticos ſpiritibus viſorijs, non fungatur, oritur hoc ſymptoma.

καὶ δῖνος. *Si vertigo vulnerato oborta.* δῖνος vorticem, gurgitem Græcis ſignificat, inde δινέω, inſtar vorticis circumago, gyro. Inde affectus cerebri, quo omnia circumagi videntur, licet ita non ſit. Fit namque commotis, nec firmo manentibus loco animalibus, quos ventriculi cerebri continent, ſpiritibus. indicio certo laborare cerebrum. Text.

ἢ καὶ πίσῃ. *Aut ſi conſiderit.* Vocula à πίπτω deducta; cado, labor, corruo ſignificans. indicium propter cerebri animaliumque ſpirituum perturbationem, apoplexiâ aut paralyſi vulneratum corripi. uti quotidie in ijs quæ mactantur videmus animalibus, quæ robuſtiſsima licet; tamen unico ictu concidunt. Fieri tamen poteſt ut vulneratus corruat protinus ab accepto ictu, idque præ per- Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 159 sur 280

©BIU Santé

cuſsionis robore ictuſque vehementiâ, licet non perturbetur cerebrum;

Hæc itaque ſymptomata ut plurimum indicant validam cerebri concuſsionem. Concuſsionem dico; cujus hoc loco mentio licet non fiat, alubi tamen fit. Sicuti Coac. Sect. 12. aph. 2. ubi σείσιν hoc malum vocat. „ ὅσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος σφῇ &c. *quibus cõcuſſum* (propriè conquaſſatum) *eſt cerebrum, continue neque vi-* „ *dent, neque audiunt, ac fere moriuntur.* σείσις & „ σεισμὸς voces græcæ, à σείω derivantur, quod eſt concutio, quaſſo, agito. Vtitur illâ voculâ lib. de Artic. ubi inter diſlocationis ſpecies, σείσιν ponit. haud aliter enim ſe habere ſpinam dicit, ac ſi vimen ſeu virgam flexilem quatias. Ita σεισμὸς Ariſtoteli pro terræ motu ſumitur. Exemplum concuſsionis cerebri eſt in ſternutatione, quam licet natura peragat, quoniam tamen eo momento non parum cerebrum laborat, hinc origo antiquæ conſuetudini (quæ etiamnum hodie obtinet) precandi nempe ſternutantibus ſalutem: nimirum ut illis Deus tum adſit, ne concuſsio illa cerebri aliquid adferat incommodi. omnia namque cerebri latera convelluntur. Vide ad antiquum hunc morem A-

riſt-

riſt. 1. Hiſt. Anim. Cap. 11. & Plin. lib. 28. Cap. 2. Ejuſdem cerebri concuſsionis exemplum exhibet Epilepſia; cui apoplexia, aut paralyſis ſi non ſuccedit, non parum tamen cerebri robur enervatur. Nihil itaque periculoſius quàm adeo validè cerebrum concuti. Frangitur namque tali quaſſatione vehementer ejus robur; unde fit ut munia ordinaria peragere nequeat. Sed anne hæc certo, ſicuti cerebri læſionem, ita cranij indicant fiſſuram aut fracturam? εἴκοτα eſſe fateor, ἀκώλυτα minimè. exempla quotidiana id teſtantur; nempe non adeſſe hæc ſigna cranio licet fiſſo imo (exempla mihi nota) inſigniter fracto; eo verò ſoluto, horum nullum ſe oſtendere. Adeo nihil in naturâ certi. Fatetur ipſe Hipp. in Coac. ſect. de Capit. vulnerib. aph. 3. dicens οἷσιν ὁ ἐγκέφαλος διῃρώσκηται, πυρετὸς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ χολῆς ἔμετος ἐπιγίνεται, καὶ ἀποπληξίη. *Quibus cerebrum vulneratur, ijs ut plurimum febris; & bilis vomitio, & apoplexia incidit.* Notandum quod ait, ἐπὶ τὸ πολὺ, ergo non ſemper.

ὅτ' ἂν ἡ τύχη ψιλώσειν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ἐὼν τὸ βέλος, ἡ τύχη καὶ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς ῥωμῶν τὸ ἕλκος, χαλεπὸν γίνεται κατιὼν ἕδρην τὸ βέλος φλὰ-

©BIU Santé

φράσαντι τὴν ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὴν γινομένην. εἴτ' ἔνεστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστιν. ἤν τε τύχῃ γινομένη ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι.

*συγκλείσῃ nonnulli, neque displicet.

* συμβλέπει γὰρ αὐτῇ ἡ ἐμφὴ τεηχυλέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου. καὶ ἐ διάδηλον ὅπι τε αὐτὸ ῥαφή ἐστιν, καὶ ὅπι τοῦ βέλεος ἕδρη, ἢν μὴ κάρτα μεγάλη γένηται ἡ ἕδρη. ἐπισγίνεται δὲ καὶ ἡ ἐξῆξις τῇ ἕδρῃ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ αὐτὴ ἐν τῇσι ἐμφῇσι γινομένη, καὶ γίνεται καὶ αὐτῇ ἡ ἐξῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι ἐρρωγότος τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο, ὅτι καὶ αὐτὴν τὴν ἐμφὴν ἡ ἐξῆξις γίνεται. ἢν ἐήγνυται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ἐήγνυσθαι τὸ ὀστέον, καὶ διαχαλᾶν διὰ τὴν ἀδένειαν τῆς φύσιος καὶ ὀστέου ταύτῃ καὶ ἀραιότητα, καὶ διά τε τὴν ἐμφῆς ἑτοίμης ἐούσης ἐήγνυσθαι, καὶ διαχαλᾶν. †ἐπὶ δὲ ἄλλα τὰ ὀστέα τὰ ἐπέχοντα τὴν ἐμφὴν μέν ἐι ἀῤῥαγέα, ὅτι ἰσχυρότερά ἐστι τῆς ἐμφῆς

†ἄλλα πλείω ἐστὶν ἐξαίρετα exemplaria habent alia. differentia exigua.

Quum verò osse à telo nudato vulnus in ipsam inciderit suturam, arduum est asserere num teli sedes num verò fissura fuerit. Sutura namque asperior reliquo osse hac in parte tibi imponet, ut iudicare nequeas sitne teli vestigium an verò sutura; nisi amplum valde sit teli vestigium. Accedit etiam sedi rima plerumque quoties sedes in ipsas incidit suturas, tumque osse fisso difficile est de suturâ iudicare, quia

quàa rima ſi adſit ſuturam ut plurimum occupat. Os namque hiſce locis facilè frangitur, ob eam quæ ipſi à naturâ ineſt imbecillitatem, aut etiam quia ipſa ſutura facilè frangitur ac laxatur. Oſſa verò vicina ſuturæ minus facilè franguntur, quia firmiora naturâ ſunt.

Illud vult hoc paragrapho, infelices illos eſſe ægros, quibus cranium finditur, ipſis locis ubi ſuturæ ſunt. nam ejuſcemodi fiſſurarum difficilis eſt tum cognitio, tum curatio. Cognitio, nam ſuturæ ipſæ fiſſuras ſive rimas referunt. ſuturarum enim locis cranium ex ſuâ naturâ fiſſum eſt. Si itaque hiſce locis levior potiſsimum inciderit fiſſura, exiſtimabis eſſe ipſam naturalem ſuturæ fiſſuram. Curatio difficilis, nam fiſſuræ ſcalpris deleri aut ſaltem purgari debent; at ipſis ſuturarum locis, propter membranoſorum filamentorum trajectionem, radere licitum non eſt. doloris namque immanitas, febrem inflammationemq; excitaret.

Quam profectò ſit arduum deprehendere fiſſuram, quæ in ipſum ſuturæ alicujus incidit locum, vel exemplo ipſius apparet Hippocratis, qui hoc nomine ſe deceptum fuiſſe ingenuè fatetur, idque cum vulnerati pernicie Epid. 5.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 163 sur 280

©BIU Santé

Text. *Sutura namque reliquo osse asperior, hac in parte tibi imponet.* uti si specillo obtusiore explores num os fissum sit, si ipso suturæ id feceris loco, hæsitante ac subsistente specillo arbitraberis aut ipsam futuram esse fissuram, sicque frustrà fatigabis ægrum: aut fissuram esse futuram, negligesq; curationem. Etenim tam futura quàm fissura asperum quid ac renitens offert specillo. Imò tantæ difficultatis hæc res est, ut ne quidem atramento si os tangas certior fieri queas (quæ tamen ratio satis certa est in capillaribus extrà futuras evenientibus rimis) cum ejus vestigium non minus futura quàm fissura sit exhibiturum.

Text. *Nisi amplum valde sit teli vestigium.* Vidimus obtusa pugionis parte inflictam cranio sedem satis capacem. idipsum ipso suturæ si eveniat loco, facilis cognitio erit; at qualis curatio? nam exposcunt limbi sedis præ ictu exasperati scalpturam; quam futura non patitur.

Text. *Accedit etiam sedi rima plerumque quoties sedes in ipsas incidit suturas.* Non necessario semper, quia ipsa futurarum loca infirma sunt, si validus ictus insigne faciat vestigium, vix poterit fieri ut non simul findatur os.

ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ἐπίφυσιν γινομένη διαχάλασίς ἐστιν τῆς ἐπίφυσης, καὶ φέρειν οὐκ ἀμαρὲς ἦν, ὅτε ἀπὸ ἕδρης τοῦ βέλους γινομένης ἐν τῇ ἐπίφυσι, σπᾶσθαι ἐπίγνοι καὶ διαχαλᾶσθαι.

Rima verò ad ſuturam, ipſius futuræ eſt ſolutio. non enim facile eſt dicere, ubinam à teli ſede in ſuturâ proficiſcatur, quum finditur ac reſolvitur ſutura.

Idem ferme dicit quod præcedentibus. Quod tamen de ſuturarum ait laxatione, adeo verum eſt, ut notandum ſit præ nimio madore in ipſas ſe præcipitante futuras, adeo eas ſubinde hiare, menyngis uti pulſatio conſpici poſsit. argumento, filamenta membranoſa per futuras ſe fundentia non ſolùm perioſteon uti pariant id facere; verum & ligamentorum munus oſsibus præſtare cranij, impedientia ne locis futurarum diſſolvantur, Non enim voluit nimis arctas eſſe futuras natura, ut exhalationibus pateret tranſitus. Exemplo ſit is apud Gal. lib. de Faſc. cui præ nimis arctâ capitis conſtrictione, arctatis futuris, ſuperfluiſque cohibitis, tanta fuit oborta inflammatio, oculi uti eruperint extrà orbitas.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 165 sur 280

©BIU Santé

ἀλλ' ἔστι χαλεπώτερον φράσαι τὴν ἀπὸ τῆς φλοιοῦ ῥωγμήν. συγκλείπουσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν ἔτι τε αὗται αἱ ἐφαπτόμεναι ῥωγμοειδέες φαινόμεναι, καὶ τὴν ἀκρότητα ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου. ὅπου μὴ ἰσχυρῶς διακόπτηται διακάλασται.

Verum adhuc difficilius est asserere osse collisorum rimam egerit, idq; quoniam futuræ rimas referentes (utpote reliquo osse asperiores) iudicium aspectumque medici fallunt; nisi tamen os vehementer dissectum ac solutum sit.

Vbi os vehementer hoc est insigni fracturâ solutum est, tum sane difficile non est, solutionem continui percipere; nam fracturâ solutæ partes intermediæ fluctuant, neque fieri potest chirurgi aspectum uti fugiant; cujus contrarium fit in nudâ rimâ, præsertim capillaris si sit.

ἀλλὰ χρὴ εἰκάζειν τὰς ἐμφάσιας τοῦ τρώματος γενομένης ὅπως γε τὸ ὀστέον διέκειτο τοῦ βέλους, ὅπως ἔσχον ἀπ' αὐτοῦ τὸν νοῦν ἀναθεωρεῖν ὁ, τι πέπονθεν τὸ ὀστέον. ἐπὶ γὰρ ἴσων βελέων τὸ μὲν μεγέθους καὶ ὁμοίων, καὶ πολλοῦ τε ἐλαττόνων καὶ ὁμοίως προωθεῖσθαι καὶ πολὺ ἧσσον, πολλῷ μεῖζον ἐκπίπτει τὸ κακὸν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐς τὰς ἐμφάσιας δεξάμενον τὸ βέλος, ἢ ὁ μὴ ἐς

μὴ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμῃ. καὶ τούτων τὰ πολλὰ πρίεσθαι δεῖ.

Quum in ipsis futuris fuerit vulnus, ossique telum insederit, diligenter tum attendere necesse est, ut quam offensam os habeat, cognoscamus; nam ab aequalibus ejusdemque magnitudinis telis, uti etiam à leviore gravioreve ictu, si in ipsas incidat futuras magis lædetur vulneratus, quam si in alia loca. Horum magna pars sectionem exigit.

Repetitio præcedentium, nimirum efficacius afficere ictus in ipsas incidentes futuras, quàm in alia capitis loca. Causa data, quia ossa naturâ suâ futurarum locis soluta, longè facilius solventur si plagam accipiant, quàm loca capitis integra.

Horum magna pars sectionem exigit. Nimirum, magna pars eorum vulnerum, quæ in loca futuras non habentia incidunt. nam illis scalprorum usus, nihil incommodi adferre potest. Texti.

ἀλλὰ δεῖ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς πρίειν, ἀλλ' ἀποχωρήσαντα ἐν τῷ πλησίον ὀστέῳ τοῦ πρίσαι ποιεῖσθαι, ἵνα πρίῃς. ὥσπερ δ' ἐπάσας πρώσιος τῷ ἐντῇ κεφαλῇ, καὶ ὡς δεῖ ἐξελέγχειν τὰς παθὰς τὰς

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 167 sur 280

©BIU Santé

ἐν τῷ ὀστέῳ γινομένας τὰς μὴ φανερὰς, ὧδέ μοι δοκέει.

Secare autem ipſis futurarum locis non expedit: ſed ſi ſectio neceſſaria, ſeca partem oſſis vicinam maxumè. Et quidem de Vulnerum capitis curatione, deque ratione qua deprehendi debeant oſſium læſiones non apparentes, ita cenſeo.

Pluribus de cauſis prohibetur priſis locis ipſis futurarum. imbecilliora namque ſunt ipſa futurarum loca, quàm ut eam quam ſcalptura aut modiolus adfert compreſsionem, perferre poſsint. Accedit, filamentorum membranoſorum laceratio, nec illa periculi expers. ut non dicam, metum eſſe à callo gignendo ſectionis loco, ne is (luxurians potiſsimum) obturans futurarum hiaturas, fuliginum exitum prohibeat.

Text *Si ſectio neceſſaria, ſeca partem oſſis vicinam maxumè.* Idipſum monebit in ſequentibus plenius, nimirum quoties ipſe locus diviſu oſsis chirurgica non patitur inſtrumenta, ea vicinis locis applicanda. puta fiſſam fractamve eſſe ipſo futuræ loco calvam, quem caſum hic proponit: illam inſtrumentis tangere, ob jam dictas cauſas non expedit, & tamen

tamen casus requirit encheiresin. Statue os fractum ubi nullæ futuræ, verùm in tot divisum vacillantia & fluctuantia fragmenta, uti non conducat ipso loco læso scalpra aut trepanum admovere. Hisce casubus, loca quæ maxumè læsioni vicina eligenda, ibiq; pars ossis exscindenda; ut exitus pateat intus latentibus partim, partim vectes similiaque instrumenta necessaria immitti uti queant. Quam ad rem semper eligendus (nisi quid impediat) locus declivis, ut qui expurgandis superfluis magis conveniens. Ita Hipp. v. Epidem. secuit Autonomum in ipsas ictum futuras die decimo quinto. non secuit autem ipso plagæ loco, sed vicino procul dubio.

ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ ὑ χρὴ τέγγειν ὑδενὶ, ὑ δὲ οἴνῳ,* ἄλλως ἤκιστα.

* alij ἀλλ' ὡς ἤκιστα.

Capitis ulcus nullâ re madefaciendum, imo ne quidem vino, aut certe quam parcissimè.

Vulnerati cranij ea si fuerit conditio, solutionem continui uti non deprehendat chirurgus: veluti si in ipsas inciderit futuras; si capillaris sit visumq; effugiat; aut si negligentior in investigandâ fuerit rimâ; si serius (quod hisce locis frequens) advocetur, fit non

©BIU Santé

non rarò ut collecta fiſſuræ loco ſanies, eoq; non educta, illa acrimoniam putredine contrahens, os in cariem præcipitet. Eam hic ulcus vocat, & bene; quum nihil aliud ſit caries quam exeſio oſsis, ſive ejus continui ſolutio facta paulatim ac ut plurimum à cauſâ intrinſeca. Hoc vitium oſſa capitis frequenter quum infeſtet, priuſquam docere pergat quo pacto os recenti vulnere laborans tractari debeat, quædam de curatione ejuſcemodi præmittit ulceris.

Text. ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ *Capitis ulcus*. Per ulcus, quod dixi, intelligit cranij, non pericranij, ulcus. hoc propriè περιόδων & per craſin πηόδων dicitur Græcis: eſtque continui ſolutio in oſſe, quam eroſio genuit. poſſet ſimpliciter dici, oſsis exulceratio. Eſt autem axioma chirurgicum univerſale; ulcus niſi ſiccetur, curari non poſſe. nam in omni ulcere novella caro producatur, neceſſe eſt. ad carnis productionem requiruntur ſarcotica. talia ſunt, quæ temperatè calent, quæque citrà adſtrictionem ſiccant. temperatè calida, ut innatum ulceratæ partis calorem (ejus eſſentia in temperie conſiſtit) recreent. Siccantia ut ichorem illum, quo ob languentem calorem innatum labo-

laborant partes ulceroſæ, abſumant. Hæc ſi in omni ulcere, in capitis ulcere multo magis locum habeant, neceſſe eſt. Etenim caries, ad gangrænam via eſt. Eò magis, quòdōſsis ſit affectus: requirunt autem partes remedia naturæ temperamentoq́; ſuo analoga, hoc eſt ſiccantia. Itaque locus carioſus ſcalpris primum radi, & quantum fieri poteſt, mundari debet. Si non ſufficiat ſcalptura, carie nimis profunda exiſtente, cauterijs aut actualibus aut potentialibus tangendus locus. tum topica convenientia applicanda; pulvis iridis, ariſtolochiæ, gentianæ, ſal, nitrum. aut ex his compoſita, qualia apud Gal. videre eſt 3. Method. Cap. 2. idque ut fragmenta vitio tacta ejici à naturâ poſsint. Elegantiſsimam curandi cariem rationem tradit Celſus. Locus dignus qui hic inſeratur. eſt cap. 2. lib. 8. *Omne autem os, ubi injuria acceſſit, aut vitiatur, aut finditur, aut frangitur, aut foratur, aut colliditur, aut loco movetur. Id quod vitiatur; primò fere pingue fit, deinde vel nigrum; vel carioſum. Quæ ſuper natis gravibus ulceribus aut fiſtulis, hiſq́; vel longâ vetuſtate, vel etiam cancro occupatis eveniunt. Oportet ante omnia os nudare ulcere exciſo: &, ſi latius ejus vitium eſt, quàm ulcus fuit, carnem ſubſecare, donec integrum os un-*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 171 sur 280

©BIU Santé

» os undique pateat: tum id quod pingue eſt, ſemel ite-
» rumve ſatis eſt, admoto ferramento adurere, ut ex
» eo ſtatu ſecedat: aut eradere, donec jam aliquid cruo-
» ris oſtendatur, quæ integrioris nota eſt. Nam neceſſe
» eſt, aridum ſit id quod vitiatum eſt. Idem in carti-
» lagine quoque læsâ faciendum eſt. Siquidem ea quo-
» que ſcalpello radenda eſt, donec integrum id ſit, quod
» relinquatur. Deinde ſi vel os, ſive cartilago raſa eſt,
» nitro bene trito reſpergendum eſt. Neque alia facien-
» da ſunt, ubi caries nigritieſve in ſummo oſſe eſt. Si-
» quidem id vel paulo diutius eodem ferramento adu-
» rendum, vel radendum eſt. Qui radit hæc, audacter
» imprimere ferramentum debet, ut & agat aliquid &
» maturius deſinat. Finis eſt, cum vel ad album os,
» vel ad ſolidum ventum eſt. Albo finiri ex nigritie
» vitium, ſoliditate quadam ex carie manifeſtum eſt.
» Accedere etiam cruoris aliquid integro, ſupra dictum
» eſt. Si quando autem altius deſcenderit, utrumlibet
» dubium eſt. In carie quidem expedita cognitio eſt.
» Specillum tenue in foramen dimittitur, quod magis
» minuſve intrando, vel in ſummo cariem eſſe, vel al-
» tius deſcendiſſe teſtatur. Nigrities colligi quidem po-
» teſt etiam ex dolore & ex febre. Quæ ubi mediocria
» ſunt, illa altè deſcendiſſe non poteſt. Manifeſtior ta-
» men adactâ terebrâ fit. Nam finis vitij eſt, ubi ſco-
» bis nigra eſſe deſijt. Igitur ſi caries altè deſcendit,

per

per terebram urgenda crebris foraminibus est, quæ « altitudine vitium æquent. Tum in ea foramina, de- « mittenda candentia ferramenta sunt, donec inde sic- « cum os ex toto fiat. Simul enim post hæc & resolve- « tur ab inferiore osse quodcunque vitiatum est, & is « sinus carne replebitur, & humor aut nullus postea « feretur aut mediocris. Sin autem nigrities est, aut si « caries ad alteram quoque partem ossis transit, opor- « tet excidi. Atque idem in carie quoque ad alteram « partem ossis penetrante fieri potest. Sed quod totum « vitiatum, totum eximendum est. Si inferior pars « integra est, eatenus quod corruptum est, excidi debet. « Item sive capitis, sive pectoris os, sive costa carioſa « est, inutilis vitio est, & excidendi necessitas est. Ne- « que audiendi sunt qui osse nudato, diem tertium ex- « pectant, ut tunc excidant. Ante inflammationem « enim tutius omnia tractantur. Itaque quantum fieri « potest, eodem momento & cutis incidenda est, & os « detegendum, & omni vitio liberandum est, longeque « pernicioſissimum est, quod in osse pectoris est: quia « vix etiam si rectè cessit, curatio veram sanitatem « reddit. «

Ex hoc Celsi loco satis patet, cariem sisti neque tolli posse, nisi os siccetur. Idcirco subjungit Hipp. non tantum ab humidis actualibus, sed & potentialibus abstinendum in

©BIU Santé

» carioſo cranij ulcere. dicit namque οὐδὲ οἴνῳ με
» *quidem vino*. quod potentiâ licet ſive effectu
» ſiccet, actu tamen humet. Ipſe Author lib.
» de Vlcer. inculcat. ulcera nullis madentibus
» tangi debere niſi vino; hic tamen in capitis
» ulcere vinum interdicit. In aliarum partium
» ulceribus conceditur uſus vini nigri ac auſte-
» ri, idque ad repellendum & ſiccandum: tum
» & quia partes illæ non ita ſiccæ ſunt uti os.
» Niſi dicere velimus, recentibus cranij ulce-
» ribus vinum minimè convenire, nî medica-
» tum ſumas; quale eſt, cui abſinthium, roſæ,
» myrthus, betonica, nuces cupreſſi, ſimiliaq;
» incoxerint. Etenim ulcus nullo pacto gluti-
» nandum, niſi prius mundetur, oſsiſque tacti
» fragmenta ejecta ſint. At vinum auſterum
» repellendi ſuâ vi has actiones impedit. me-
» lius itaque eſt inſiſtere uſui topicorum à no-
» bis iam traditorum ſimiliumque. Veteres
» emplaſtrum Iſis valde commendant. etiam
» alia, quæ apud Celſum videre eſt cap. 19.
» lib. 5.

οὐδὲ καταπλάσσειν, οὐδὲ μολῶτιον ἐπιτιθέναι.
*Nec etiam cataplaſmate, uti nec linamentis u-
tendum.*

Prohibuit humectantia in capitis vulne-

ribus

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 174 sur 280

tibus; tria alia vetat. 1. usum cataplasmatum. 2. linamentorum. 3. fortis ligaturæ. hæc namque omnia fuliginum, à quibus liberari satagit os carioſum, impediunt exhalationem. Fieri enim nequit solatium uti carioso adferatur ossi, nisi ventiletur: etenim præ nonnaturali ei inhærente materiâ obruitur extinguiturque innatus ossis calor, unde ad gangrænam trahitur. at verò jam dicta tria poros ac spiracula ossis obstruunt, impediuntque ne superfluis detur exitus.

καταπλάσμ. duplici nomine obsunt cataplasmata; præterquam enim quod crassitie suâ os claudant; etiam facultate constant suppuratoriâ. ast talia, calida & humida. Vidi non semel incipiente partis alicujus carnosæ gangrænâ, redditam confirmatam præ cataplasmatum, plagularum, fasciarum nimiâ crassitie ac mole. quanto magis in cranio? Text.

ἐδέμοτῳ. *nec linamentis.* Sunt linamenta ex linteo aut lino crudo parata; quæ vulneribus immittuntur; aut ut ichorem superfluum in se trahant; aut ut medicamentis quibus tingi solent locum vulneris imbuant. Horum usus in recentibus est pericranij vulneribus, quorum labijs sicca applicantur ad hæmorrha- Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 175 sur 280

©BIU Santé

giam ſiſtendam: at pinguedine tincta, etſi minimè admovenda.

οὐδὲ πιέζειν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ. *Neque admodum comprimendum capitis ulcus.* Quod fit plagularum faſciarumque fortiter nimis ſtringentium ac comprimentium uſu, nam illa & poros & futuras cranij claudunt, eaque ratione fuliginum effluvium impediunt. Vidi hac in parte peccaſſe chirurgos non ſemel. Notum eſt exemplum Mantiæ ex Galeno paulo ante citatum. Potiſsimum verò incommoda hinc enata vidi, in membris fractis. illa enim relinquere applicatis ferulis plaguliſque circumpoſitiſque faſcijs poſt primam reſectionem diebus aliquot ſolent plerumque chirurgi, reverſique membrum incipiente tactum gangræna vident. Dicunt nonnulli, faſcias quaſdam dari reprimentes. Reſpondeo, earum uſum hic non eſſe neceſſarium, quum caput in faſtigio collocatum corporis, repercuſsione non indigeat.

ἢ μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ἢ τὸ ἕλκος ἢ ἐν τῷ ψιλῷ τῶν τρίχων, ἢ περὶ τὸν ὀφρυῶν καὶ τὸν ὀφθαλμόν. ἐνταῦθα δὲ γινόμενα τὰ ἕλκεα, καταπλάσι ἢ ἐμπλάστοις μᾶλλον κέχρηται ἢ πῦ ἄλλοθι τῆς κεφαλῆς

φαλῆς τ ἄλλης. πλείχϛ γὸ ἡ κεφαλὴ ἢ ἄλλη τὸ μέτωπον πᾶν. ἐκ δὲ τῶν περιεχόντων τὰ ἕλκεα, καὶ ἐν ὅτῳ αὐ ἦ τὰ ἕλκεα φλεγμαίνϛ ϵ ἐπανοιδίσκεται δι' αἵματος ἐπιῤῥέον. χεὴ δ' ὐδ' ἐτὰ ἐν τῷ μετώπῳ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου καταπλάσσειν καὶ ἐπιδεῖν, ἀλλ' ἐπειδὰν παύσηται φλεγμαίνοντα, καὶ τὸ οἴδημα καταστῇ, παύεσθαι καταπλάσσοντα ϵ ἐπιδέοντα.

Niſi in fronte (nimirum comprimere licet) *fuerit, aut loco depili ſeu glabro, aut circà ſupercilium & oculum. nam horum locorum ulcera magis patiuntur cataplaſmata, ac deligationes, quàm quæ alijs capitis accidunt locis; quum reliquum caput frontem contineat. at verò ulcera ubicunque accidunt, propter ſanguinis fluxum ab ijs quibus continentur in inflammationem ac tumorem præcipitantur. Attamen neque in frontis affectibus ſemper & quocunq; tempore cataplaſmatis deligationiq; locus eſt, niſi poſtquam inflammatio deſijt, tumorq; evanuit, tum enim ab his abſtinendum.*

Niſi in fronte. Vincula faſciaſque comprimentes quas in reliquo capite damnavit, admittit in frontis vulneribus. cauſamq; addit. Text.

quoniam reliquum caput frontem contineat: quibus hoc vult, quibuſcunque locis fiunt ulcera Text.

©BIU Santé

cera, tumores, aut inflammationes, illis, affectubus ab influxu noxiæ materiæ maxumè metuendum. Hac de causâ videndum semper quænam sint loca mittentia materiam ad partes laborantes, admovendaque reprimentia ac repercutientia, quæ affluentem materiam eo adigant, unde fluere incipit. Iam verò frons obnoxia influxui est materiæ noxiæ; nam in frontem desinunt sesèq; exonerant sinus membranæ duræ, is potissimum falci qui comparari solet. Est præterea frons declivis admodum. In fronte collocatum infundibulum cum pituitariâ glandulâ; nares, palatum, ad frontem sunt omnia, ita ut excrementa se soleant frontem versus efferre. Adde, in fronte esse bregma, locum corpori perpendicularem, & versus quem natura solita est corporis superflua, halituosa potissimum mittere. Hæ causæ sunt, quur frequentius multò fronte quàm aliâ capitis parte doleamus. quur etiam facile inflammationem incurrat frons. Frons contracta phrenitidem minatur, inquit in Coac. Hippocrates. Hisce de causis constringentia ac reprimentia vincula fronti magis quàm reliquis capitis locis conveniunt, ut eorum ope

ope reprimatur affluens inflammationis, tumoris, aliorumque ſymptomatum materia.

Addit tamen, non omnibus vulnerum frontis temporibus ei convenire vincula comprimentia, ſed quamdiu tumor & inflammatio durant tam diu ipſis utendum, illis ceſſantibus porrò abſtinendum, idque ne nimium claudantur oſsis frontis pori ac ſpiracula.

ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ κεφαλῇ ἕλκος ὅτε μολῶν χρὴ, οὔτε καταπλάσσειν, οὔτ' ἐπιδεῖν, εἰ μὴ ἢ τομῆς δέοιτο.

In ceteris capitis ulceribus, nec linamento, nec cataplaſmate utendum, uti neque deligatione, niſi ſectione opus ſit.

Non ſum hic cum ceteris Interpretibus in eadem ſententiâ, Hippocratem nimirum per ſectionem (quâ cum opus eſt, concedit linamenta & cataplaſmata) hic intelligere πρίσιν ſeu ſectionem aut exſectionem oſsis; verum diſſectionem pericranij. Non enim dicit neceſſariam eſſe πρίσιν, ſed εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο. quum etenim diſſecatur pericranium, diſſectis quæ habet vaſis non rarò moleſta oritur hæmorragia; cui coercendæ, linamentis ſiccis aut

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 179 sur 280

©BIU Santé

adstringentibus topicis, tum & firmis opus est vinculis. Confirmant meam sententiam ea quę subsequuntur.

Τάμνειν δὲ χρὴ τῶν ἑλκέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γινομένων, καὶ ἐν μετώπῳ, ὅπῃ ἂν τὸ μὲν ὀστέον φανερὸν ᾖ τῆς σαρκὸς, καὶ δοκέῃ τι σῖνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος. Τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ μῆκος καὶ τὸ εὐρύθμου, ἐς τὸ σκέψιν τοῦ ὀστέου εἴ τι πέπονθεν ὑπὸ τοῦ βέλεος κακὸν, καὶ ὁποῖόν τι πέπονθεν, καὶ ὅσον τὸ μὲν σάρξ πέφλασται. καὶ τὸ ὀστέον ἔχει τὸ σῖνος. καὶ δ' αὖ τε εἰ ἀσινὲς τέ ἐστιν τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος, καὶ μηδὲν πέπονθε κακόν. ὡς ἐς τὸ ἴσον, ὅτεω δεῖται μὴ τὸ τε ἕλκος, ἥ τε σάρξ. ὡς ἡ πάθη τοῦ ὀστέου. Τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν ἑλκέων τομῆς δεῖται.

Exigunt autem sectionem capitis frontisque ulcera postquam os nudatum est, & verisimile fuerit à telo esse violatum; ipsa verò ulcera neque lata neque longa satis sint ut conspici possint an quid offensæos à telo incurrerit, cujusmodi illa sit & quam magna: quantum item carnis collisum sit. aut, num è contra os sub telo inviolatum remanserit, nihilque mali senserit; quidque tam in carnis quàm ossis curatione observari debeat. Quod si nudato osse ulcera intus cava sunt, abundè incidere id cavum transversum oportet. Hæc itaque talia ulcera, sectionem expostulant.

Nihil

Nihil apertius, quàm Hippocratem hic de diviſione ſeu diſſectione pericranij, ſeu cutis capitis loqui. nam tum oportet τὰμνειν inquit: hoc eſt novaculâ incidere pericranium, quum a telo non fuerit ſatis diviſum, ita ut num ſubjectum os læſum ſit, & quo læſionis genere teneatur conſpicere poſsimus. hanc rem antea pag: 113. adducto in medium Celſi loco prolixè explicuimus, quo pacto nimirum talis ſectio inſtitui debeat, & quænam in ea obſervare conveniat. Tres itaque ſunt hujus paragraphi cautiones chirurgo in diſſectione pericranij obſervandæ. 1. non eſſe eâ utendum, ubi a telo ſatis diductum eſt: idque ne dolore fruſtrà excarnificemus ægrum. id illa docent verba: *Exigunt autem ſectionem capitis frontiſq; ulcera poſtquam os nudatum eſt, ipſa verò ulcera neque lata neque longa ſatis ſunt ut conſpici poſſit.* Si tum tantum, itaque ubi præ telo ſatis denudatum os, non eſt ulterius diſsecandum pericranium. Idem Celſ: Cap. 4. lib. 8. *Quacunque autem de causâ curatio hæc neceſsaria eſt, ſi nondum ſatis cutis patefacta eſt latius aperienda eſt, donec quidquid læſum eſt, in conſpectu ſit.* Et paulo poſt: *plagam ſi ex vulnere eſt, talem neceſſe eſt habeamus qualem acceperimus. Si*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 181 sur 280

©BIU Santé

manu facienda eſt &c. Itaque non indiſcriminatim, quod à nonnullis fit, in omnibus vulneribus pericranium diſſecandum, ſed ſi res exigat. 2. Majorem requiri pericranij diſſectionem, ubi os ſubjectum carioſum eſt; potiſsimum quum locus carioſus rotundus exiſtit. illis verbis: *quod ſi nudato oſſe ulcera intus cava ſunt, abundè incidere id cavum tranſverſum oportet.* 3. Non eſſe abſque judicio ac diligenti conſideratione, quemcunque pericranij locum incidendum, quum nonnullis id abſque ſummo diſcrimine fieri nequeat; ſed requiritur, ut chirurgus ſit bonus Anatomicus, quò norit quibuſnam locis ſubjectæ ſint pericranio partes quas intactas relinquere, aut ſummo cum judicio ſecare oporteat. Vti in fronte quum ſint palpebrarum muſculi, nunquam per tranſuerſum frontis cutis diſſecanda, ne hominem excæces. Ita in occipite ſunt muſculi capitis motui addicti; caveſis illos violes. Potiſsimum verò cavendum à temporibus, uti ſequente paragrapho monebit.

εἰ μὲν οὖν μὴ ὀστέου ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς, εὐόχοιλα δεῖ ἐς πλάγιον ἐπιτολὺ ἐπαναλέμνειν τὸ χοῖλον, ὅκως μὴ δύχερὲς τῷ φαρμάκῳ ἀφικέῃ, ὁκοίῳ ἂν

ἰνι χεή. καὶ τὰ κυκλότερα τῷ ἑλκέων. καὶ κοίλα ἐπὶ πολὺ, καὶ τὰ τριῶν ἐπαναλέμνων τὸν κύκλον διχῇ κατὰ μῆκος, ὡς πέφυκεν, ἄνθρωπος, μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος. Τάμνουσι δὲ κεφαλὴν, τὰ μὲν ἄλλα τῆς κεφαλῆς, ἀσφαλείῃ ἔχει τεμνόμενα. ὁ δὲ κρόταφος, καὶ ἄνωθεν ἐπὶ τοῦ κροτάφου, κατὰ τὴν φλέβα, τὴν διὰ τοῦ κροτάφου φερομένην, τοῦτο δὴ τὸ χωρίον μὴ τάμνειν. σπασμὸς γὰρ ἐπιλαμβάνει τὸν τμηθέντα. καὶ τὸν μὲν ἐπ' ἀριστερὰ τμηθῆ κροτάφου, τὰ ἐπιδεξία ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. τὸν δ' ἐπὶ δεξιὰ τμηθῆ κροτάφου, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει.


Atque etiam ubi os quidem nudatum carne fuerit, fuerit verò obliqua quædam in ulceribus cavitas, oportet tum cavitatem illam sufficienter incidere, ubi medicamentum facile eò pertingere nequit. Oportet etiam incidere ulcera rotunda valdeque cava, ut orbe in longitudinem bifariam diviso, pro hominis natura ulcus longum reddatur. Quum incidendum caput est, cætera quidem loca tutò inciduntur; at tempus, regioque superior prope venam quæ per tempora fertur, hic inquam locus secari non debet. Convulsione namque corripitur ita incisus. Et

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 183 sur 280

©BIU Santé

quidem ſiniſtrum tempus inciſum ſi fuerit convelluntur dextra; ſin dextrum, ſiniſtra.

Hæc jam eſt cautio tertia, obſervanda religiosè chirurgo in pericranij apertione; ut norit non eſſe temere & ſine magnâ causâ aperiendam cutem in temporibus. Nam eo fine ſecatur cutis, ſubjectum uti os denudetur; at hoc loco inter cutem ac os interjecti ſunt temporales muſculi; quos diſcindere ſummè periculoſum, ne dicam lethale eſt. Anne ſemper? Minimè. Vidi namque ala molæ puero ita colliſum tempus dextrum, aliquot uti oſsis pertuſi fragmenta per vulnus eximerentur, nihil tamen incommodi toto curationis tempore patiente puero. Ita tempora aperiri manu chirurgi non ſemel vidi, abſque ullo ſymptomate: verum ducebatur ſemper novacula ſecundum ductum fibrarum temporalis muſculi. ij namque omnes excurrunt tendinem verſus. Itaque, ſi novaculam ducas ab occipite faciem ſive os jugale verſus (nam illud à naturâ temporalis & maſſeteris impoſitum tendinibus) minus erit periculi. Minus dico; nemini namque author fuerim, leviter & niſi ſummâ expoſcente neceſsitate uti tempora dividat; verum eorum causâ hoc moneo, qui adeo meticu-



A Muſculus Temporalis.
B Dicti muſculi tendo, ex fibris in eum deſinentibus enatus, acutoque maxillæ proceſſui ſub oſſe Iugali, hic diffracto, inſertus.
C Vaſa temporali conceſſa.
Quod ſi novaculam ducas ab E verſus F fieri non poteſt quin per tranſverſum tam fibras quam vaſa diſſeces.

loſi in

©BIU Santé

losi in diuisione cutis laborantibus temporibus, potius uti omni ope destitutum ægrum deserant, quam ad encheiresin uti deveniant. reverà, tam potest hic peccari in defectu quàm excessu. Hęc nisi nota sint ac observentur, revera res periculo non vacat. Quod si namque per transversum ducas novaculam non poteris evitare venæ, arteriæ, nervique, (vasorum temporali musculo concessorum,) dissectionem. Venam, potissimum verò arteriam si lædas, non nisi summo cum labore cohibebis effluentis aut potius cum impetu exilientis sanguinis impetum. Nam comedente, loquente vulnerato propter maxillæ, læso temporali nexæ motum, novam incurret hæmorrhagiam; quam ut sistas, pluribus opus erit plagulis, arctissimaq; insuper constrictione, quæ eripiendo arteriæ liberam pulsationem, in certam perniciem ægrum trahi videbis. Si nervum, convulsionis oritur metus, & quidem convulsionis caninæ, quâ durante æger nihil cibi sumere poterit. Vniversum musculum si dissecces (quod ut os petrosum denudetur fiat necesse est) omnes necesse est ejus fibras tendinem versus excurrentes dis-

secces

ſeces unde maxillæ aut reſolutio, aut certa ſequetur convulſio. Exempla hanc ad rem fide digna adducere in medium poſſem ex Iacotio, Columbo, Paræo, Fallopio, Langio, Hildano plurima; ſed ſufficit magni Hippocratis authoritas, ex naturâ & conditione loci deſumta. qui quod addit notatu dignum, imo neceſſarium eſt, nimirum, *ſiniſtrum tempus inciſum ſi fuerit, convelli dextrum; ſin dextrum, ſiniſtrum.* Idem ijſdem pene verbis repetit Coac. Præn. Cap. de Τρωματις, aph. 1. ὀκόσοισι κρίζαφος τέμνεται, σπασμὸς ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς τομῆς ἐπιγίνεται. *Quibuſcunque tempora præciduntur convulſio incidit è diverſo partis præciſæ.* Quænam hujus rei cauſa? eam dare non eſt difficile. Maxillæ enim inferioris motui inſerviunt temporales muſculi. eam uti ſuperiori adducant, neceſſe eſt ſimul agant ſeu ſe contrahant: uti cum ſimul ſe laxant, diductâ maxillâ aperitur os. Quod ſi horum alteruter diſſectis per tranſverſum ejus fibris reſolvatur, is amplius ſe firmare non poterit; oppoſito contrà munus ſuum exercente (non quidem invitus nimium agit oppoſitus muſculus, ſed iniuſſus) univerſa maxilla eò retrahatur neceſſe eſt. Itaque is tum con-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 187 sur 280

©BIU Santé

vellitur. Diſſectus namque paralyſi, convulſione laborat oppoſitus. Exemplum eſt in ſpaſmo cynico, ubi ſimilis eſt cauſarum ratio. Quærat quis. quur non itaque omnem paralyſin ſequatur aut comitetur oppoſiti lateris convulſio? quia partes habent muſculos ſeparatim agentes; ſecus ac hic, ubi ambo temporales muſculi quum uni eidemque inſerviant parti, maxillæ dico, ſunt robore æquales, fitque inde quædam velut ἀντίτασις ſeu æquilibrium, aut uti eleganter Hipp. lib. de Art. ἀδελφίξια, fraternitatem, mutuum conſenſum dixeris; ut neceſſe ſit, alterutro à ſuo ceſſante officio, oppoſitum ſpaſmo contrahi; nam pars maxillæ quam antea tendebat læſus, nunc univerſa verſus oppoſitum fertur. In aliarum partium muſculis ſecus fit, ut qui ſeparatim agunt. Quænam namque dari poſsit pars cujus extenſioni plures, ijq; oppoſiti inſerviant muſculi? ſi detur, in illo membro, idem quod in temporibus fiat, neceſſe eſt. Non poſſum autem ſatis mirari Caſsij medici in diſſolvendo hoc nodo audaciam, qui rationem redditurus problemate. 41. quur oppoſita reſolvantur temporibus læſis, cauſam dicit: quòd omnes nervi à baſi cerebri

cerebri oriantur, & ab exortu dextri ad ſiniſtra, ſiniſtri ad dextra abeant. quis hæc inquam aut vidit aut ſcribere cogitavit. Senſus docet, nervos ab exitu ad ſua ſingulos abire latera. Ridenda itaque non refellenda hæc Caſsij ſententia.

Fiſſo itaque fractove temporum oſſe ægrum deſeret Chirurgus? minimè verò, ſed ſecabit pericranium ſincipitis loco vicino; denudatoque oſsi, ſi res ita exigat, modiolum admovebit. Exemplum ejus eſt apud Galen. 6. Meth. Cap. ultim: *Quod ſincipitis oſſi proximum eſt, Temporis os vocatur. in eo luculenta fractura longiſſimè pertinebat: quam quidem minimè attingens, ſed tantum ſincipitis os exſcindens hominem ſanavi. adeo ut nunc quoque multos annos vivat. Etiam Paræum* lib. 9. cap. 9. *Ne quis (inquit) chirurgus eo temeritatis veniat, ut muſculi illius ſectionem aggredi auſit ad ſubjectum os terebrandum: ſupra potius aut ad latus, ac quàm proximè partem affectam fieri poterit ſibi terebrandum putet. Quod ego feci in nobili Petrechio. Is in triumphali Regis Henrici ſecundi in urbem ingreſſu, lapide ita ſauciatus eſt, ut impetu os petroſum fractum, & vehementer contuſus temporalis muſculus, ſine vulnere tamen extiterit. Sequenti die advocatus, perſpectá la-*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 189 sur 280

©BIU Santé

» etâ læsionis ſpecie, & læsæ partis conditione, Medi-
» corum & aliorum mecum Chirurgorum conſilium
» cogendum ſenſui; ex quibus cum quidam cenſerent di-
» videndum quamprimum temporalem muſculum, ut
» renudato oſſe terebrare liceret, ſicque fracta oſſa exi-
» mere; Ego contrà acriter reſiſtere cœpi, citatâ Hip-
» pocratis ſententiâ, ex lib. de Vuln. Capitis, quâ in-
» terdicitur Chirurgis ejuſmodi muſculorum ſectione,
» metu commemoratorum ſymptomatum; citata etiam
» experientiâ, quâ crebro animadverteram, quibus is
» ſectus fuiſſet muſculus, convulſos interüſſe; ſatius
» multo futurum, ſi proximè ſupra fracturam, os te-
» rebrâ aperiretur, intacto quam minimum temporali
» muſculo. In eam ſententiam cum tandem omnes deſ-
» cendiſſent, ipſe ex tempore ſectione trigona cutem
» muſculoſam, quæ ſupernæ fracturæ immineret, di-
» viſi. Poſtero die, qui tertius erat morbi, terebravi,
» ac terebratione peractâ diebus aliquot poſt, quatuor
» aculeata fracti oſſis fragmenta exemi, tubulumque
» plumbeum planum immiſi, per quem, juſſo ægro quo-
» ties curaretur caput deprimere, & ore naribuſque
» obturatis contentius expirare, multa manabat ſanies
» inter cranium & craſſam meningem collecta. Reli-
» quæ ſordes, ſi quæ contumacius adhærerent, rerum
» detergentium decocto elui; tantumque Deo conatus
» meos fortunante, perfeci, ut tandem convaluerit.

Pau

Par casus & similis fortuna in Metarum obsi-
dione contigit Pienarum domino. Is enim cum ad di-
rutam muri partem propugnaret, fracto temporum
osse læsus est lapidis ictu, ex adstante muro elisi, æneo
tormento ab Imperatoris castris dissploso: ab ictu sta-
tim concidit, sanguinem ore, naribus & auribus
cum multo vomitu reddidit, ac totos fere quatuor-
decim dies mutus & attonitus sic extitit, ut neminem
adstantium agnosceret: Crebræ palpitationes ac sub-
sultus convulsorij illum exercebant, facies tumida
erat. Terebratum autem fuit illi os frontis ad latus
temporalis musculi, manu Petri Auberti Chirurgi
Regij: ac quamvis die quinto ac vicesimo caro mol-
lis & exquisito sensu prædita, per foramen terebra
factum emersisset, cujus ortum cathæretici pulveres
prohibere non potuerunt, tandem tamen conva-
luit.

ὅτ' αὖ ἓν Ὄμυης ἕλκῳ ἐν κεφαλῇ ὀστέων εἵ-
νεκα τ' Ϛαρκὸς ἐψιλωμένου, θέλων εἰδέναι εἴ τι
ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ἢ τοῦ βέλεος, ἢ μὴ ὅλως ἔχῃ,
τάμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τοῦ ὠτηλοῦ, ὅσον αὖ δο-
κέῃ ἄνω χρῆναι. Τάμνουσι δὲ χρὴ ἀναστείλαντα τὴν
σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ἢ τοῖς τῇ μηνύγγι καὶ τοῖς
τοῦ ὀστέου πέφυκεν. ἔπειτα διαμοῦσαι τὸ ἕλκος

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 191 sur 280

©BIU Santé

πᾶν μολῳ. ὅσις αὖ εὑρίσκεν τὸ ἕλκος παρέξῃ ἐς τὴν ὑστεραίην ξυὺν ἐλαχίστῳ πόνῳ. μολώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι ὅτεν αὖ χρόνον καὶ τῷ μοτῷ, μάζῃ ἐκλεπίδων ἀλφίτων, ἐν ὄξει διαμάσσειν ἢ ἕψειν καὶ γλίχρην ποιέειν ὡς μάλιστα.

Quum itaque ob os carne nudatum ulcus in capite ſecatur ut deprehendas num os loco ictus labem aliquam acceperit nec ne, diſſecare eâ amplitudine parte ſuperiore vulnus neceſſe eſt. Quod dum facis, carnem quæ oſſi & membranæ adhæret ab oſſe removebis. Quo facto, linamentis vulnus implendum, quæ in ſequentem diem vulnus apertiſſimum exhibeant. Linamentis inditis & cataplaſmate quamdiu linamenta adhibentur, utendum maza ex tenuiſſimâ polentâ aceto ſubactâ, ſicque cocta, donec glutinoſa evadat.

Hic paragraphus etiam ad pericranij pertinet diviſionem. nam diſſectio illa quum hæmorrhagiam non excitare non poſsit, quæritur quâ ratione ſanguinis effluvium coërceri poſsit (nam ejus nimium effluvium ægri vires valde dejiciet.) Author hoc loco duobus remedijs occurrit, jubens ut ſimul ac diſſectum pericranium fuerit, linamentis replea-

repleatur locus ſectus. nam ſiccitas lini è quo carpto volſove ejuſcemodi parantur linamenta, imbibet fluentem ſanguinem. Si nimius fuerit ſanguinis impetus, tingantur linamenta medicamentis ſanguinem ſupprimentibus; quale ovi albumen, bolus, pulvis roſarum ſiccarum, pulvis myrtillorum, ſimiliaque. Neque ſolum hoc nomine linamenta immitti ſecto vult pericranio; verum inſuper jubet, ut quam copioſa illa ſubmittantur, diductis inciſi pericranij labijs. Ea namque ratione cutis tota ab oſſe recedit, proximaque refectione os liberè conſpici poterit num aliquo teneatur vitio, ac inſtrumentis ſi opus tangi. Alterum remedium, ut præter linamenta applicentur loco ſecto, uno aut altero die (quum enim ſanguis cohibitus fuerit, non eſt opus hoc remedio) cataplaſma, quod ſuâ partim ſiccitate, partim emplaſticâ vi ora diſſectarum venarum claudendo, eâ ratione ſanguinem ſiſtat. Illud præſcribit ex mazâ, coctâ ex aceto; ἄλφιτον vocat. Eſtque nil niſi hordei toſti frictique farina. Illa ſi liquore aliquo ſubligatur, μάζη dicitur. Maza latinum nomen non habet, niſi Offam ex Plinio dicamus. Erat olim ci-

bus

©BIU Santé

bus vilior & plebeorum. Nam ubique veteres τὸν ἄρτον, & μάζαν, panem & mazam, ſibi invicem opponunt. Ita Hipp. lib. de Salub. Diæt. panem prohibet, mazam ut molliorem cibum concedit. Et lib. ὠφελεῖ ἀρχαίης ἰητρικῆς, panem & mazam, ut ſicciorem & humidiorem cibum inter ſe conjungit. Porrò Erotianus μάζαν ita deſcribit: φύραμα ἐξ ἀλφίτων γινόμενον, ποτὲ μὲν μετ' ὀξυμέλιτος, ποτὲ δὲ μετ' ὀξυκράτου, ἢ ὑδρομέλιτος, ἢ μετ' ὕδατος. *Farinam hordei toſti humore aliquo ſubactam ſive oxymelite, poſcâ, mulsâ, aut aquâ.* Hoc medicamentum omnibus ſatisfaciet hoc caſu concurrentibus indicationibus. opus namque eſt ſuppreſsione, doloris lenitione, inflammationis inhibitione. quæ cuncta poteſt farina hordei toſta, acetoque permiſta. Galenus hoc caſu topicum laudat ex melle, cerâ, medullâ cervinâ, myrrhâ, & reſinâ terebinthinâ, addito aceto.

Verum enimvero ad ſanguinem, qui diſſecto profunditur pericranio quod attinet, illud notandum; ut cum iudicio hac in parte agat chirurgus. Reperiuntur enim nonnulli vulnerati, ſanguine abundantes, potiſsimum quum vulnerarentur, repleti potu, tum & irâ valde excandeſcentes: his talibus

expedit

©BIU Santé

expedit ut ſanguis liberalius feratur priuſquam ſupprimitur, ita enim de ſuperveniente inflammatione minus erit periculi; Contrà, qui emaciati, qui dejecto animo, pueri, his talibus quam citiſsimè ſupprimendus.

Τῇ δ' ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπειδὰν ἀξέλῃς τὸν μόλυβδον, καλὸν τὸ ὀστέον ὅ, τι πέπονθεν, ἐὰν μή σοι καταφανὴς ᾖ ἡ τρῶσις, ὁποίη τίς ἐστιν ἐν τῷ ὀστέῳ. μὴ δὲ διαγινώσκῃς εἰ τέ τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ἐν ἑωυτῷ, ἢ καὶ οὐκ ἔχει. Τὸ γὰρ βέλος δοκέει ἀφικέσθαι ἐς τὸ ὀστέον καὶ σινᾶσθαι. ἐπιξύειν χρὴ τῷ ξυσῆι κατὰ βάθος, καὶ κατὰ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου ὡς πέφυκεν. καὶ αὐθις εἰ ἦ κάρτον τὸ ὀστέον τῶν ῥηξέων εἵνεκα τῶν ἀφανέων ἰδεῖν, καὶ τῆς φλάσιος, εἵνεκα τοῦ ἀφανέος τοῦ ὑπὸ ἐσφλωμένης εἰσω ἐν τῇ φύσιος τῇ κεφαλῆς τοῦ ἄλλου ὀστέου. ἀξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μᾶλλον, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἐῶσιν αἱ πάθαι οὖσαι ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος. καὶ ἢν ἔδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος ἐπιξύειν χρὴ αὐτὴν τὲ τὴν ἔδρην τοῦ βέλεος, καὶ τὰ περιέχοντα αὐτὴν ὀστέα, μὴ πολλάκις τῇ ἔδρῃ προσχρίπτων ῥῆξις, καὶ φλάσις, ἢ μένη φλάσις. ἔπειτα λαμβάνῃ καταφανέα ἐόντα.

Poſtridie, ablatis linamentis, inſpice quo malo os teneatur. Quod ſi qualis ſit noxa conſequi nequeas,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 195 sur 280

neque num os læsum sit, telum licet os attigisse, ipsumque læsisse tibi videatur, scalpro radere oportet in altitudinem ac longitudinem prout vulnerati fuerit natura: imò & transversim, ob rimas quæ visui se non subjiciunt, tum & propter non apparentem collisionem, quum os desinens ab alio non recesserit osse. Nam scalpturâ ossis vitia, alioqui non apparentia, deprehendi solent. Etiam si teli vestigium in osse apparuerit, scalpenda sedes tum & quæ circum sunt ossa; ne cum ad tæli vestigium sæpe fissum collisumque, aut tantum collisum accedat, ea postmodum lateant neque in conspectum se dent.

Traditis ijs quæ chirurgo obſervanda in diſſectione pericranij, nunc progreditur, expoſiturus quid porrò fieri debeat. Iubet itaq; ut quamprimum (poſtridie inquit) ad τρέπανον accedat, hoc eſt, uti os ſcalpris tractet. Scalptura, quatuor de cauſis neceſſaria. 1. ut latentes obſcuræq; rimæ denudentur. 2. ut apparentes fiſſuræ deleantur. 3. Superficies calvæ ab aëre alterata (nam ſtatim nigredinem contrahit) auferatur. 4. Si quæ in oſſe aſperitas inæqualitaſve, illa ut lævigetur. Oſſi etenim exaſperato novellam carunculam ægrè inducit natura. Hæ primariæ ſcalpturæ cauſæ. In quâ utinam frequentiores forent chirurgi; nam

nam commodi adferre potest plurimum. incommodi nihil. Eâ autem neglectâ, noxis multis præbetur occasio.

Τῇ δευτεραίῃ. Notandum, quod iubeat protinus secundo ab illato vulnere die os radi. In magnis quidem vulneribus interdum non ante diem tertium os ablatis linamentis detegimus, metu hæmorrhagiæ: quæ si desierit, quò citius eò melius. Nihil etenim in capitis vulneribus calamitosius, quàm rem trahere aut differre; nam sicubi, hic locum habet, Occasio præceps. Vt nullo pacto ij audiendi sint qui freti Celsi authoritate, satis esse putant si æstate ante septimum, ante decimumquartum diem hyeme prisis instituatur. Explodenda opinio, & quibuscunque modis averruncanda è chirurgorum animis, quum quotidiana id testentur exempla, si eousque rem differas, nihilominus tum mori ægros. Revocentur huc à nobis tradita pag: 47. Audiatur Celsus ipse sui, uti videtur, immemor Cap. 2. lib. 8. *Neque audiendi sunt, qui osse nudato diem tertium expectant, ut tunc excidant. Ante inflammationem enim tutius omnia tractantur. Itaque quantum fieri potest, eodem momento & cutis incidenda est, & os detegendum, &* Text.

* Quid si detergendum.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 197 sur 280

©BIU Santé

omni vitio liberandum est. Salutariter Celse mones. quur autem ejusdem libri Cap. 4. iubes rem differri in diem 7. imò ulterius? nimium pernicioſa multis hæc tua ῥαθυμία.

Text. *Radendum prout vulnerati fuerit natura.* Hoc est, prout crassiore tenuioreve fuerit cranio vulneratus. Neque enim tãtum sçobis à tenui uti à crasso auferre licet capite. Hoc monuit in prolegomenis Author, quum diceret, humana capita parum inter se convenire. Persarum lapilli ictum, secus ac Ægyptiorum vix sustinebant. Æthiopum, ipsa tela disilire faciunt. At, dicat quis, quo pacto certus fiam quousque scalpendum sit? donec aliquid sanguinolentæ se ostendat medullæ; qua apparente, certus esto, ad meditullium, ablatâ primâ te perveniſſe tabulâ. Celsum du
„ cem sequere, qui sic Cap. 2. lib. 8. *Tum id quod*
„ *pingue est, semel iterumve satis est admoto ferra-*
„ *mento adurere, ut ex eo statu secedat aut eradere, do-*
„ *nec jam aliquid cruoris ostendatur, quæ integrioris*
„ *nota est. nam necesse est aridum sit id quod vitia-*
„ *tum est.*

Text. *Imò & transversim, ob rimas quæ visui se non subjiciunt.* Ingenioſum monitum. Si inquit adeo exiles rimæ fuerint, ipsus uti dubites num

num fiſſum os ſit, utere ſcalpris, ijſque os omnibus modis radito. Si raſurâ rectâ nil invenias, tranſverſam inſtitue. Illâ namque ſimul ac ad rimæ locum venerit ferramentum, hæſitabit, ſecus ac in ſcalpturâ rectâ.

Text. *Nam ſcalpturâ oſſis vitia, alloqui non apparentia, deprehendi ſolent.* Niſi in cranijs adeo duris, nihil uti ſcobis auferre queant ſcalpra radentia, Quid tum? tingendum os atramento, uti jamjam monebit Author.

Text. *Etiam ſi teli veſtigium in oſſe apparuerit, ſcalpenda ſedes.* Etenim teli veſtigium neceſſariò os exaſperat; aſt loco exaſperato nunquam commodè carnem inducet natura; ſcalptura itaque lævigandus. Celſus audiatur Cap. 3. lib. 8. *Circumradendæ lævandæque ſunt oræ, ut ſine noxâ* " *poſtea cutis increſcat: quæ aſpero oſſi immaſcens, protinus non ſanitatem, ſed novos dolores movet.* " " Addit hic etiam cauſam Author, ut nempe deprehendi exiles poſſint rimulæ, quas non raro oſſis aſperitas, quam teli ſedes parit, obumbrat.

ἐπειδὰν δὲ ξύσῃς τὸ ὀστέον τῷ ξυστῆρι, ἵνα μὴ δάκῃ ἐς πᾶσιν ἀφίκεσθαι ἡ τρῶσις τοῦ ὀστέου, πᾶσιν χρὴ τοῖς ἡμέροις μὴ ὑπερβάλλοντα ἀπᾶσθαι,

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 199 sur 280

©BIU Santé

ἀλλ' ἐν ταύτῃσι πρίειν, ἄλλως τε καὶ τὸ θερμῆς ὥρης, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴημα.

Vbi ſcalpro os raſum fuerit, quod ſi vulneris conditio exſectionem requirere videatur, eam intra triduum inſtituito, neque patere id temporis ſpatium effluere; tum potiſſimum, quum conſtitutione aëris calidâ curationem ſuſcepiſti.

Exiſtimo tranſlata hæc eſſe, neque genuino occurrere loco. nam de exſectione oſsis hic agit, iubens ante tertium diem uti illa inſtituatur, præſertim æſtate; & tamen multa ſubiungit de modo inveſtigandi rimas, quæ raſurâ facile, citrà oſsis exſectionem, deleri queunt. Arbitror itaque hæc poſt ſequentem collocanda paragraphum.

ἢν δὲ καταπλύσῃς μὲν τὸ ὀστέον ἐρρωγέναι, ἢ πεφλάσθαι, ἢ ἀμφότερα ταῦτα, τεκμαιρόμενος ὅτι ἰσχυρῶς τέτρωται ἐν τῷ λογῷ καὶ τρώματι. καὶ ὅτι καὶ ἰσχυρῶς ἔτρωσε Παῦλος, ἢν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τρωθῇ. καὶ τὸ βέλος ὅτῳ ἐτρώθη, ὅτι τῶν καιρίων βελέων ἐστί. ἔπταται τὸν ἄνθρωπον ὅτι δίνος τε ἔλαβεν, καὶ σκότος, καὶ ἐκαρώθη καὶ κατέπεσεν.

Et ſi quidem ſuſpiceris fiſſum, colliſum, aut utroque

que modo os affectum esse, de vulneris magnitudine colliges ex ægri relatu; num nimirum à valido inflictum sit adversario; num conserta manu inter se conflixerint; num ejusmodi telum, quo efficaciter infligi queat vulnus. Adde, si æger vertigine correptus sit, si offuscati oculi, si profundo oppressus somno.

Si inquit ita se habuerint post illatum ictum circumstantiæ, ut verisimile sit os rimam egisse, quam tamen reperire nequeas, diligenter in omnia inquirendum. Examinetur æger. qui si afferat, *robustum fuisse qui ictum intulit adversarium*, verisimilè fiet cranium divisum esse; si dicat *se conserta manu cum adversario congressum*, spem facit vulneris minus gravis, quam si à sicario non cogitanti inflictum sit, nam tela prævisa minus nocent. Si referat, *telum fuisse* aut valde scindens, aut obtusum & tamen admodum ponderosum, suspicionem dabit fissi cranij. Hisce si accedant signa cerebri perturbati, uti *vertigo, caligatio, carus*; hæc inquit concurrentia, admodum firmabunt chirurgum, de fisso cranio suspicantem. Et tamen, dicat quis, hæc cuncta fallacia esse, ante dictum; nihilne itaque certi; respondet Author,

τάτων

Τέτων ὧν ἔτω γινομένων, ἢν μὴ διαγινώσκῃς εἰ ἐῤῥωγε τὸ ὀστέον, ἢ πέφλασται, ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα, μήτε ἄλλως ὁρῶν, *δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τήκειν τὸ μαλανθάτον διὰ ξανθὰ τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ. τό τε ἕλκος ὑποτείνας ὀθονίον ἐλαίῳ τέγξαι, εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι. τῇ δ' ὑστεραίῃ, ἀπολύσας καὶ ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος ἐπιξύσαι. καὶ ἢν μὴ ᾖ ὑγιὲς, ἀλλ' ἐῤῥώγῃ καὶ πεφλασμένον ᾖ, τὸ μὲν ἄλλο ἔσαι ὀστέον λευκὸν ξυόμενον. ἢν δ' ῥωγμὴ ᾖ ἢ φλάσις καταπεπτωκὸς τοῦ φαρμάκου δεξαμένη τὸ φάρμακον ἐς ἑωυτὴν μέλαν ἐὸν, ἔσαι μέλαινα, ἐν λευκῷ τῷ ὀστέῳ τῷ ἄλλῳ. ἀλλὰ χρὴ αὐτῆς τὴν ῥωγμὴν †ταύτην φανεῖσαν, ἐπιξέειν ἐς βάθος. καὶ ἢν μὲν ἐπιξύων τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν μέλαιναν ἐξέλῃς καὶ ἀφανέα ποιήσῃς, φλάσις μὲν γενήσεται τοῦ ὀστέου ἢ μᾶλλον ἢ ἧσσον, ἥπερ ἔῤῥηξε καὶ τὴν ῥωγμὴν τὴν ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ξυσῆος. ἧσσον δὲ φοβερὸν καὶ ἧσσον αὐτὸ πῆγμα ἀπ' αὐτῆς γίνοιτο ἀφανισθείσης τῆς ῥωγμῆς.

*Videtur hic desiderari vocula aliqua, uti ἐγχέειν, aut similis, plenior uti sit mens.

† Nonnulla exemplaria habent φανεῖσαν μέλαιναν.

Hiſce apparentibus, ſi nondum patet fiſſum, colliſum, aut utroque modo os læſum ſit; neque aliâ ulla id col-

id colligere ratione liceat, tingendum tum os nigro aliquo medicamento, macerat um quod ſit, ulcuſque deligandum linteo oleoſo ſubſtrato, tumque impoſito ex maza cataplaſmate. Poſtridie detecto loco abſterſoque, radito. Integrum namque ſi os non fuerit, verum fiſſum coliſumve, reliquum quidem os ſcalptum albedinem oſtendet, fiſſum verò coliſumve quia nigredinem medicamenti imbibit, reliquo oſſe albo apparente, nigredinis oſtendet veſtigium. Quocirca denuò quæ nigredinem habet rima profundius radenda. Sic nigricantem namque ſi radendo ita ut evaneſcat delere poſſis, os plus minuſve coliſum fuiſſe, ex eoque rimam accepiſſe, quam ſcalper delevit, ſcito. minus autem terret, minuſque faceſſit negotij deleta rima.

Hæc ultima inveniendi rimam ſpes eſt. rimam inquam, quæ neque viſu cognoſci, nec ſpecillo aut ſcalpro deprehendi poteſt. Inducatur itaque oſsi, quod nihilominus in ſuſpicionem venit, atramentum ſcriptorium; quo facto cataplaſma ex mazâ imponito, ſicque per noctem relinquito. poſtridie faſcijs; ac cataplaſmate ablato, oſſeque bene abſterſo, denuò ad ſcalpturam accedito. Si integrum fuerit os, undiquaque ſcobem albam dabit; ſin vitium habeat, deprehendes

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 203 sur 280

rimæ veſtigium atramenti liturâ. Nam atramentum penetrandi vi, ratione aceti pollens, inſinuabit ſe in ipſam oſsis diviſuram. Hac itaque ratione de rimâ certus fies. Quæ num profunda admodum ſit, nec ne, ut cognoſcas, radito denuo os ſcalpris ipſo nigredinis loco; quod ſi namque facile veſtigium nigredinis deleveris, ſecurus eſto; non enim profundè ſe oſsi infinuat rima. Sin verò atramenti veſtigium, ne quidem erumpente ſanguineâ medullâ, auferre queas, ſcito primam cranij tabulam in totum fiſſam; forte & profundius penetrare fiſſuram. Hæc Authoris hoc paragrapho mens. Quæ cum in ſenſu conſiſtant, explicatione laboriosâ non egent.

Ceterum mirari ſatis nequeo, nonnullorum hujus loci interpretum nimiam curioſitatem; monent etenim, ne in hoc caſu atramento ſcriptorio chirurgus utatur, ne ſi forte utraque tabula fiſſa, à chalcanti ac gallæ acrimonia dura meninx offendatur. Neſciunt hi, ejuſcemodi medicamenta exigere membranam nudatam læſamve. Nam quum ſiccam admodum acceperit conſiſtentiam, ſiccantia remedia, utpote naturæ ſuæ analoga, ei

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 204 sur 280

ga, ei grata. Celſum audiant Cap. 4. lib. 8. *His factis, ea membrana acri aceto reſpergenda; ut, ſive aliquid ſanguinis ex eâ profluit, cohibeatur; ſive intus concretus cruor remanet, diſcutiatur.*

Etiam Interpretes nonnullos ambigere video, quale medicamentum nigrum hic Hippocratis præſcribat. Verba ejus ſunt ἐπὶ δὲ τὸ ὀστέον τήκειν τὸ μελάνλαιον δοκίσανλα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ. *Et ſuper os medicamentum aliquod nigrum liquatum & humore ſubactum inducendum.* Quidnam hic μελάνλαιον vocet, ſubtilius quam utilius nonnulli diſputant. Sunt qui medicamentum nigrum; alij atramentum ſcriptorium; ſunt qui utrumque. exiſtimantes nihil hæc duo differre. Errant poſteriores. aliud namque græcis μέλαν φάρμακον, & μέλαν γραφικόν. μέλαν φάρμακον, ſic à nigredine vocatum, certum erat compoſitum medicamentum, quod etiam καρικὸν vocabant. Hoc ab ipſo deſcribitur Hippocrate lib. de Vlcerib. Conſtabat elleboro nigro, ſandarachâ, æris ſqammâ, plumbo loto, ſulphure, auripigmento & cantharidibus. Hæc in pollinem redacta, cedrino excipiebant oleo, ſicque medicamentum parabant cathareticum, ad detergenda ulcera ſordida, carneſque exedendas. Cui

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 205 sur 280

©BIU Santé

ſubinde arum coctum tuſum, aut aridum lævigatum & melle exceptum, adjiciebant. Hoc à nucibus accepiſſe nomen qui arbitrantur, falluntur non parum; nulla cum fiat in deſcribendo carico, nucum mentio. At uerò μέλαν γραφικὸν ſeu ſcriptorium atramentum, erat illud quò Veteres ſcribebant, (non enim ſtylo ſemper utebantur) cujus parandi modum, Dioſcorides tradit Cap. ultimo lib. 6. nimirum, ſumebant fuliginis à tedis coactæ minam; gummi ſeſquilibram; taurini glutinis, atramenti ſutorij, ſingulorum ſeſquiunciam. Hac deſcriptione etiam ſutorij atramenti fit mentio. Erat namque illis atramentum triplex: Scriptorium, Tectorium, Sutorium. Scriptorium, quo in tranſcribendo utebantur, à Dioſcoride jam deſcriptum. Tectorium, à tectorijs ſic vocatum. quod pictoribus in uſu, tectis & parietibus depingendis. Sutorium, quod in pellibus inficiendis, coriarijs & depſatoribus olim, uti & hodie, in uſu; quod ſæpe χαλκανθον Græci, à vitri ſimilitudine Vitriolum latini. Quocunque horum quatuor (pharmaci dico nigri, atramenti ſcriptorij, ſutorij, tinctorij) ad inveſtigandam rimam uti chirurgus volet, menti Hipp.

ti Hipp. ſatisfaciet. Qui hoc ſolum vult, ri-
mam etiam capillarem uti ſi habeat os, eam
atramenti aut pharmaci nigredine inveſti-
gandam. Nec eſt, u ti jam dixi, quod atra-
menti acrimonia quem deterreat, quum li-
cet ambas calvæ tabulas pervadat, nihil ta-
men noxæ inferre membranæ queat, ut quæ
ab acribus minimè abhorret. Ita Gal. 6. Me-
thod. ex ſententiâ Eudemi & Megetis Sido-
nij, emplaſtrum quod Iſis vocatur concedit
in membranâ denudatâ, ex admodum acri-
bus conſtans.

Hoc itaque poſtremum eſt ſignum, cujus
ope rimam dubiam inveſtigari vult Hippo-
crates. Reliqua hic conjunctim referre ope-
ræ pretium, duco. 1. inquirit in ſymptomata
quibus ab ictu correptus vulneratus: num
oculi obcæcati ſint; num obmutuerit; num
per nares aureſve ſanguis effluxerit; num ſi-
ne ſenſu ac motu fuerit; num vertigine cor-
reptus; num in vomitum eruperit. Quę tamen
cuncta, concuſsionem cerebri, quàm cranij
rupturam indicant potius. 2. Examinat cir-
cumſtantias vulneris illati. num nimirum
ictus admodum fuerit validus; num inſcio
illatus ægro; num robuſtus qui inflixit.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 207 sur 280

©BIU Santé

3. Ipſum telum. quod ſi obtuſum, admodumque fuerit ponderoſum; ſi ex loco ſublimi in declivem æger ceciderit, ſuſpicio violati venit cranij. 4. Hipp. in Coac. vulnerato ferulæ caulem maſticandum præbet, ut eâ ratione ſtrepitus fractorum exaudiri poſsit oſſium. Cujus imitatione nonnulli hodie chirurgi, vulnerato nucem dentibus frangendam offerunt. Aut filum cujus alterum extremum ore tenet æger concutiunt, obſervantes num tremulum illum motum ferre poſsit. 5. Os ſpecillo feriri jubet, ut ſono obtuſo aut claro, integritatem, rupturamve oſſis conſequantur. 6. Specillo nec acuto nec obtuſo nimis explorat, num fiſſum ſit. 7. Num arrecti loco vulneris ſint capilli, conſiderat. 8. Addunt hoc ævo chirurgi, ut vulneratus ore naribuſque clauſis magno niſu conetur expirare. Si namque bullulæ, aut humor aliquis ex oſſe erumpat, ibi fiſſuram eſſe veriſimile ſit. 9. Alij oſsi cataplaſma ex maſtiche, bolo, oviſque applicant albumine; quòd ſi ablatum emplaſtrum hac quàm illâ ſui parte magis exſiccatum ſit, de rimâ ſuſpicio oritur. Simili modo quo 3. de Morb. Hipp. applicatione cataplaſmatis ex terrâ Ery-

Erythroide rubrâ, thoracis explorat empyema. 10. Tincturam ossis atramento addit Hipp. de quo jam satis dictum.

ὦ ὃκ βάθος ἢ καὶ μὴ ἐθέλῃ ὀξιένας ἐπιξυομένη, ἀφικνέ ἐς πρίσιν ἡ τιαύτη ξυμφορή. ἀλλὰ χρὴ πρίσαντα τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν τὸ ἕλκος. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ ὅπως μή τι κακὸν ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἢν κακῶς ἰητρεύηται. ὀστέῳ γὰρ καὶ πεπρισμένῳ, καὶ ἄλλως ἐψιλωμένῳ, ὑγιεῖ δὲ ἐόντι, καὶ ἔχοντι τὰ σῖτον ὑποδεῖσθαι, δοκέοντι δὲ ὑγιεῖ εἶναι, κίνδυνός ἐστι μᾶλλον ὑποπυον γενέσθαι ἢν καὶ ἄλλως μὴ μέλλῃ, ἢν καὶ ἡ σὰρξ ἡ περιέχουσα τὸ ὀστέον κακῶς διαφθαρῇ, καὶ φλεγμαίνῃ, καὶ ἀποσφίγξῃ. πυρετώδεις γὰρ γίνεται, καὶ πολλὰ φλεγμὰ πλέον. καὶ δὴ τὸ ὀστέον ἐν τῷ ἀποιεχόντων σαρκέων ἐς ἑωυτὸ θερμαινόμενόν τε καὶ φλεγμαῖνον, * ὡς ἀέρα δὲν ἐμποιέῃ καὶ σφόγμον καὶ ἀπαίρῃ ἡ σὰρξ ἔχει κακὰ ἐν ἑωυτῇ, ὡς ἐν τούτεων ὧδε ὑποπυον γίνεται.

* Hæc nonnulla exemplaria omittunt.

Profundiore existente rimâ quàm radendo deleri uti possit, ad sectionem veniendum. Sectione autem utentem, in reliquo ad ulceris curationem intentum esse oportet, cavendumque ne os a carne minus rectè tractatâ detrimentum accipiat. Os enim sectum & al. oqui

alioqui nudatum, tamen integrum, aut quod labem à telo accepit, licet integrum videatur, majore in periculo est ne purulentum fiat, cum alioqui purulentum non fieret. tum si caro os ambiens malè curetur, tum inflammationem concipiat, & constricta sit. Etenim os igneum redditur atque inflammatur, ut quod a subjectâ carne madescit, inflammatur, perturbatur, pulsat, ijsque corripitur malis, quibus laborat caro, eaque ratione purulentum efficitur.

Si conanti atramenti delere vestigium, scalpendo deleri non posse videat, iudicabit rimam pervadere primam tabulam. Quum itaque scalpendo talis fissura auferri nequeat, de excidendo osse fisso cogitandum, idque aut cyclisco excisorio, aut modiolo. De quo dum cogitas, inquit, cavere debes, ne secandum os labem aliquam à pericranio non rite tractato incurrat, quod facile fieret. Nam os modioli circumactione valde incalescit, eoque calore retrahit si quid noxij fuerit in pericranio. Si itaque chirurgus reficiens quotidie vulnus, labia pericranij non debitè mundet, omnemque ichorem sordesque curiosè auferat, illa partim suo pondere, partim attracta à nonnaturali calore qui ossi inest, stillabunt in subjectam membranam (nam

(nam illa exſectione oſsis detecta jam eſt) quodipſum periculo non vacat. Præterquam quòd eædem ſordes, in ipſum os ſectum ſe infundent. Non poterit enim os laborans, ſuperflua affluentia à ſe commodè repellere, quia fiſſurâ partim, partim priſi, non parum debile redditum fuit. Qui namque exiſtimant os ob ſummam ſiccitatem putredine corripi non poſſe, errant. Habet nativam in ſe ſucculentiam, haud aliter ac cæteræ corporis partes. habet medullam calidam & humidam, quæ accedente aliquâ causâ haud aliter corrumpitur ac carnoſæ partes. Teſtatur caries, oſsis gangræna. Teſtatur nimia modioli circumductio, quæ os efficaciter inflammare ſolet. Hic itaque ea inculcat quæ prævidere debet chirurgus priuſquam priſin inſtituat; alias ſectioni ſupervenientia, oſsis glutinationem impedient non parum. Non paucos enim reperias imperitos chirurgos, qui nihilominus perniciosâ quadam temeritate vulnera capitis, quorum nullam habent notitiam, tamen curanda ſumunt. Hi ignorantes, mutanda eſſe remedia pro diverſis morbi temporibus, (nam alia debentur dum in primo tempore ſive in principio

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 211 sur 280

©BIU Santé

est vulnus; aliâ cum in augmento, quam in statu) ijsdem remedijs ab initio ad finem usque insistunt; utplurimum pericranio dissecto applicantes sua vocata elixiria, medicamenta summè calida & sicca, qualis aqua stillatitia, pulveres calidissimi. non distinguentes interim inter ætates, corporum constitutiones, similiaque ad curandum observatu necessaria; unâ fideliâ omnes dealbare dum conantur parietes, pericranium ipsumque os in inflammationem conjiciunt, affectusque per se curabiles non rarò insanabiles efficiunt. Alij, omni ulceri quocunque morbi tempore solum unguentum de betonicâ admovent: alij hæresin esse putant, si dicas pinguibus os tangi non debere. cum tamen ita id verum sit, non semel uti viderim os nigredinem contraxisse, imò cariem incurrisse admotis pulveribus, qui cephalici ipsis vocantur, qualis myrrha, thus, styrax, similiaque resinosa. Hæc enim actu licet sicca applicentur, gummositas tamen ab ossis humiditate dissoluta, ipsi ossi se insinuat, illudque offendit. Si caput nimiâ tegminum copiâ offendi dicas, impediri fuliginum evaporationem, inde inflammationis, doloris capitis, aliorumque

rumque ſymptomatum metum, delirare te putant; neſcientes, ita à frigore cavendum, ne calorem nimis accendas. Eâ namque ratione innato calore offuſcato, alienus calor incrementa ſumit; indeque omnium malorum origo. Quam multi hac amethoda curandi ratione, dum charybdin vitant, in ſcyllam incidunt, dum vitant vitia, in contraria currunt. Sunt qui ſolius aquæ uſum omnibus vulneris temporibus convenire contendunt. Sed paradoxologi illi nullo pacto audiendi. Frigus nimium capiti inimicum, ſcio; ſed & illud ſcio, initiò vulnerum partes læſas præter ſolitum calere; nam ſanguis & ſpiritus ad debiles, utpote læſas, partes affluendo, eas calidiores efficiunt. HIſce itaque motus HIPP. hoc monitum priuſquam priſeos rationem tradat, neceſſarium eſſe exiſtimavit. Quodipſum etiam ſequentibus inculcat.

Κακὸν ὃ καὶ ὑγρὴν τε εἶναι τὴν σάρκα ἐν τῷ ἕλκει, καὶ μυδᾶσαν. καὶ ὅτι πολλὸν χρόνον καθαίρεται. ἀλλὰ χρὴ διάπυον μὲν ποιῆσαι τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα. ἔτω γὰρ ἂν ἥκιστα φλεγμαίνοι τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος, καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη. ἀνάγκη

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 213 sur 280

©BIU Santé

γὰρ ἔχει τὰς σάρκας τὰς κοπείσας καὶ φλαθείσας ὑπὸ ἕλκεος ὑποπύους γινομένας ἐκλαχῆναι. ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ, ξηροτέραν χρὴ γίγνεσθαι τὴν ἕλκωσιν. ὅτῳ γὰρ ἀνταίσα ὑγιὲς γίνοιτο ξηρῆς σαρκὸς βλασθούσης ἐκ μὴ ὑγρῆς. ἐκ ὅτου δὲ καὶ ὑπερσαρκίσῃ τὸ ἕλκος. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ὑπὲρ τῆς μηνίγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ἢν γὰρ ἀθλίκα ἐκπεσίσας τὸ ὀστέον καὶ ἀφελὼν ἀπὸ τῆς μηνίγγος *ψιλώσας, αὐτὴν καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρὴν † ὡς μὴ ἐπὶ πολὺν χρόνον δοῦσα μυδήσῃ τε καὶ ἐξαίρηται. τούτων γὰρ ὅτῳ γινομένων, σαπῆναι αὐτὴν κίνδυνος.

* Ψιλώσας legit doctissimus Scaliger.

† Nihil hic in textu mutandum arbitror.

Malum autem ulceris carnem humidam esse ac hebetem tardiusque repurgari. Adnitendum tamen, ut quàm citissimè ad suppurationem ulcus perducatur. Nam hac ratione quæ ulcus ambiunt partes inflammationem non incurrent, ipsumque ulcus quàm celerrimè purum reddetur. Lacerata namque collisaque à telo caro, in pus verti ac tabescere debet. Vbi verò purgatum ulcus fuerit, siccius fiat necesse est; eâ namque ratione maturè ad sanitatem tendet, caroque sicca non humida non flaccida producetur; neque quoque supra vulneris labia excrescendo se attollet. Eadem etiam membranæ cerebri est ratio, ut

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 214 sur 280

quæ osse secto exemtoque omni conatu purgari siccariique debet, ne madida diutius hebes reddatur, tum & intumescat sesequè attollat. Nam hæc si fiant, ne ipsa putredine corripiatur metus est.

Signum minimè bonum dicit, si novella caro, quam in parte ulcerosâ producere incipit natura, mollis sit, spongiæ instar albicans, ac hebes, hoc est, stupidâ, parumque sentiens. Significat namque, eam *tardius repurgari*: id est, naturam debilem non satis efficaciter propellere superfluam, quæ carnem flaccidam reddit humiditatem. Bene notari hic debet: Monitum istud non solum in pericranij carne, sed eâ quoque, in ipso quæ producitur cranio, locum habere. Postquam enim bene nudatum os, fissuræ deletæ, fragmenta omniaque impedimenta ablata, jam tum natura in exteriore cranij superficie punctula carnea' producere incipiet; quæ paulatim juncta universim os ac si periostion foret, tegent: Vidi, nec semel, cum putaret in vado omnia esse chirurgus, nihilque ad curationem restare, tum naturam aut nihil produxisse carnis, aut eam albicantem, mollem, spongiosam, ac insensilem. quod animadvertens suspicio mihi fiebat latitare

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 215 sur 280

©BIU Santé

etiamnum quid: nec me ſuſpicio fefellit; tandem etenim prodiens lamina quædam oſſea, etiamſi exilis admodum, impedijſſe ſe actiones naturæ oſtendebat. Rectè itaque ait,

Text. *Malum ulceris carnem humidam eſſe ac hebetem.*

Significat namque naturam habere impedimentum, quò minus debitè operationes ſuas peragere queat; ſive ſit, quia os nondum debitè mundatum; ſive aliqua ei adhuc inhæreat intemperies; ſive quod latens lamella, exigua quamvis, quominus natura debitè officio ſuo fungatur, impediat.

Text. *Adnitendum tamen ut quàm citiſſimè ad ſuppurationem ulcus perducatur.* Quibus medijs? ſuppuratio naturæ opus eſt, quo illa adnititur materiam, quam univerſam ſibi aſsimilare nequit, ſaltem ſibi quantum fieri poteſt ſimilem efficere. Quod ut fiat, debet bene temperata eſſe pars, ejuſque innatus calor alacriter beneque ſe habere. Nam à calore innato, probaque temperie pendet puris laudabilis confectio. Quidnam recreat partis laborantis calorem ejuſque temperamentum? ea quæ ipſi amica ac analoga. In temperie conſiſtit caloris eſſentia; nam omnia intemperata ei inimi-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 216 sur 280

inimica. Etiam in oleoſo ac pingui illo, quod humidum primigenium vocant, ſuum habet calor fundamentum. Inde ſequitur, quod quæcunque calent ac hument moderatè, illa aptam reddunt partem, ut probum pus producere valeat. Talia paſsim recenſet Galenus; ceram, fœnugræcum, melilotum, altheam, reſinam terebinthinam, lentiſcinam, myrrham, thus, balſamum. Verum anne hac in parte errari poteſt, quærat quis? póteſt vel maxumè. Si quis namque initio ſtatim parti ulceroſæ calida & humida adhibeat, ſuppurationem impediet. Efficiet namque, tantus uti verſus laborantem locum fiat affluxus, nativus calor uti obruatur. Similiter ubi jam tempus quo ſuppurantibus utendum, venerit, ſi loco temperatè calfacientium, ijs quæ intensè calent, utaris; parte in inflammationem conjectâ, ſuppurationem impedies. Sic &, ſi ſine judicio, temperatè calidis validè ſiccantia permiſceas aut adſtringentia, ſuppurationem impedies; claudentur namque partis laborantis pori, impedieturque ſanguinis, ad novæ carnis productionem, affluxus.

Dicat quis, Si ulcus ſanari nequeat niſi ſuppuratio-

©BIU Santé

puratio promoveatur, ſint autem calida & humida ſuppurantia, quo pacto, intelligendum, quod dicitur, ulcus niſi ſiccantibus ſanari non poſſe. Reſp: Puris productionem curationem eſſe ulceris, non ejuſdem ſanationem. Eſt namque via ad ſanationem. Purificatione enim, ab omnibus ipſi inhærentibus ſuperfluis, liberatur pars; iis inquam quæ actiones naturæ impedire poſſent. Ijs ablatis, poſtquam ſui juris facta fuerit natura, tunc ſanandi tempus eſt. Nam ſanatio, in novæ carnis productione ſita eſt, quâ ulceris cavitas repleatur; at ſarcotica ſiccandi vi prædita ſint neceſſe eſt, uti diapuitica humectandi. Quod dico, ipſe hoc dicit paragrapho Hipp: *ubi purgatum ulcus fuerit*; ſuppurantium nempe uſu, manuque chirurgi, *ſiccius fiat neceſſe eſt*; hoc eſt, tum ad ſarcotica accedendum: nam ab illis ulceris ſanatio, uti à ſuppurantibus pendet curatio. *Eâ namque ratione, natura ad ſiccitatem tendet, caroque ſicca & humida producetur.* Quid poſſet dici elegantius.

Text. *Vbi verò purgatum ulcus erit, ſiccius fiat neceſſe eſt.* Eſt hæc præcedentium confirmatio. Quum enim dixiſſet, ulcus curari non poſſe, niſi prius nonnaturalis materia in pus verſa fuerit

fuerit; jam ſubjicit, nihil ſupereſſe, niſi ut finis curationi imponatur, idque ulceris ſanatione. quæ in eo conſiſtit, ut nova eaque probâ carne repleatur locus ulceroſus cavus. Medicamenta hac in parte naturæ inſervientia, ea ſunt quæ σαρκωτικὰ ab effectu Græcis, Incarnantia & Carnem producentia Latinis; in quibus hæ requiruntur conditiones. 1. nihil uti in ſe habeant adſtrictorij. Si enim adſtringant, partis ſanandæ poros claudent, materiæque carnem producturæ affluxum impedient. 2. caleant uti, verum moderatè. Etenim carnis productio naturæ eſt actio. Naturæ in omnibus actionibus inſervit calor. calor ſimilia ſibi requirit, temperata dico. 3. ſiccandi facultate polleant. quamdiu enim in parte vel minimum reſiduæ fuerit humiditatis, adeò illa flaccida manet, organum uti idoneum agenti naturæ eſſe nequeat. Itaque reſiduus ille mador abſumi omninò debet, idque ſiccantium uſu.

Tenui *Eadem etiam membranæ cerebri eſt ratio, ut quæ oſſe ſecto exemtoque, omni conatu purgari, ſiccariq; debet.* Simulac os priſi ablatum fuerit, in conſpectum protinus ſe dat cerebri membrana, utpote calvæ immediatè ſubjecta. Hæc nobi-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 219 sur 280

©BIU Santé

lissimas quum peragat actiones, insignemq; cum cerebro consensum obtineat, debitè tractari debet, habeatque hujus curiosam rationem chirurgus, necesse est. Illud hic inculcat Hipp. iubens, convenientibus uti medicamentis detectam tractet membranam chirurgus; quę vult esse siccantia, ut analoga sint naturæ partis. Humidis si tractetur, adeo illa madida flaccidaque reddetur, ut præ respirationis vehementiâ se sit sublatura ac effusura per foramen in cranio factum, ac in tantum se attollet tumorem, restitui uti suo nequeat loco. unde ne ab aëre alterata inflammationem, imò gangrænam contrahat, mortemq; vulnerato adferat metus oritur. Verum anne semper & quomodocunq; se membrana habeat, siccantibus tractanda? Distinguo. Aut enim post ademtum os, in nativâ suâ integritate est membrana, aut alterata. Si namque per rimam quam habuit priusquam eximeretur os, stillavit in membranam sanies, eamque inflammatam tumidamque fecerit. si divisa sit, continuique solutione laboret; hic certe convenientibus opus medicamentis, de quibus suo tempore. Nunc illud quæritur, quasnam membranâ simpliciter denudatâ,

datâ, medicamenta conditiones habere debeant, nondum autem alteratâ, ſed quibus medicamentis ejus alterationem avertere chirurgus poſsit. Dico Hipp. ad illud reſpicientem axioma; topica partibus applicanda analoga eſſe debere, temperiei, ſubſtantiæ, naturæque laborantium partium; in hiſce medicamentis vim ſiccandi, calfaciendi, acrimoniam, & fragrantiam requirere. Siccandi; nam ſicca denſaque membranæ eſt conſiſtentia: adeò quidem, à nonnullis inter tunicas non membranas uti referatur. Certe adeò menyngi inimicus mador, ut non deſint docti, exiſtimantes paralyſin fieri non poſſe, niſi membranoſâ nervorum ſubſtantiâ humida nimis flaccidaque reddita, eoque ad motum inidonea facta fuerit. Membranoſam autem quòd accipiant nervi ſubſtanriam ab hac membranâ, per eam dum tranſeunt, probatione non opus. Idipſum Aph. 5. lib. 3. innuit, auſtrales ventos ἀμβλυτήκας dicens; quatenus nempe humidus is per nares tractus aër, flaccidas efficit cerebri membranas. Ejuſcemodi itaque medicamentis tractanda membrana integra exiſtens, in ſua integritate uti maneat. Sin dolor aut imflammationis

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 221 sur 280

©BIU Santé

ſe oſtendãt principia, ad lenientia paregorica deflectendum; cui fini Gal. 6. Meth. alijque roſaceum tepidum, aut oenæleum adhibent, ijſque antequam ad ſiccantia veniant, ſymptomata placant. Hoc in Galeno videntes nonnulli, ideo in medicamentis membranæ applicandis incerti ſunt. Male inquam diſtinguunt, alia requiri in membranâ integrâ, quàm alteratâ.

ὀσέον ᾧ οἱ π δὴ ἀποσῆναι δεῖ ὅτι ἄλλο ὀσέου ἔλκε ἐν κεφαλῇ γιγνόμενόν, ἔδρης τε ἐόσης τοῦ βέλε ἐν τῷ ὀσέῳ, ἢ ἄλλως ὑπὸ πολὺ ψιλωθέντος τοῦ ὀσέος, ἀφίσα ὑπὸ πολὺ ἔξαιμον γινόμενον. ἀναξηραίνε γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τοῦ ὀσέος ὑπό τε τοῦ χρόνου καὶ ὑπὸ φαρμάκων τῶν πλείστων. Τάχιστα δ' ἂν ἀποσαίη, εἴ πῃ τὸ ἕλκο ὡς τάχιστα καθήρας ξηραίνοιτο λοιπὸν τότε ἕλκο καὶ τὸ ὀσέον. καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἧσσον. Τὸ γὰρ τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ἀποσηπὸς, ἐν τούτῳ μάλιστα ἀφίεται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀσέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτέου, ἔξαιμόν τε γιγνόμενον καὶ ξηρὸν, τῷ ἐναίμῳ καὶ ζῶντι μάλα ἀφίσταται.

Os autem quod capite vulnerato ab alio abſcedit eſſe, ſive in eo teli veſtigium relictum ſit, ſive alioquin

quin plurimum nudatum, ubi exſangue redditum fuerit tunc abſcedet. Abſumitur autem in oſſe ſanguis paulatim, uſuque medicamentorum. Feſtinanter verò abſcedet, ſi quis citiſſimè ulcere purgato, tum oſ ſiccet, idque magis minuſve; quod enim cito areſcit, attenuaturque, eâ de causâ ab alio oſſe ſanguinem adhuc in ſe habente ac vivente abſcedit, quia redditum exſangue ac ſiccum, ab eo quod ſanguinem habet vivitque, valde abſcedit.

Monuit propoſuitque obſervanda in pericranio ac menynge detectâ, dabit jam nonnulla ipſum concernentia cranium. Fieri quotidie videmus, naturam exiles oſsis ſquammulas ſolutas ejicere: quo pacto hanc rem accelerare chirurgus queat, ſuppetiaſque naturæ ferre, idipſum nunc tradit. Vbi notandum chirurgo, ne fiſſa fractave, aut ſemi ſoluta oſsis fragmenta violenter ſeparet, ac à reliquo auferat oſſe. Ejus namque conditionis cranium eſt, quamminimum lædi uti velit. Eſto itaque os fiſſum, laminaque aliqua ſoluta, non quidem omni ex parte, ſed ſemifluctuans; ſatis erit, portionem ejus ſi eximat, ſicque ſpatium ſuperflua ejiciendi naturæ concedat. quod reliquum eſt fiſſuræ, ſcalpris bene radat, ne collecta in ſubjectam

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 223 sur 280

©BIU Santé

membranam ſtillet ſanies. Quo facto, medicamenta quæ reſiduum ſponte ſecedere faciant, admoveat. Qualia illa? ſiccantia, hæc namque ſucculentiam oſsis abſumendo, id efficiunt, ut exareſcens os, à ſano ac integro non magno ſecedat negotio.

Ubi exſangue redditum fuerit tum abſcedet. Tum etenim quum nutrimento ſuo deſtituatur, neceſſe eſt à ſano ac integro ſeparetur, ut cui cum ejuſcemodi exſucca ac areſcente parte nihil commune. Illud quotidie in gangræna obſervamus, ubi natura ſeparat quod corruptum eſt, ne pars ſincera trahatur. Idem in rebus externis, arborum dico, plantarumq; ramis vitio aliquo tactis, qui ſimulac omnimodè ſiccati fuerint, à reliquo quod in ſtirpe eſt ſucculentum ſecedunt. Hiſce itaque id probatur, oſsi ſiccantia deberi medicamenta.

ὅσα δὲ τῶν ὀστέων ἐσφλᾶται ἔσω, ἐκ τοῦ φύσιος τοῦ ἑαυτοῦ καταῤῥαγέντα ἢ καὶ διακοπέντα πάνυ ὀξέα, ἀκινδυνώτερα τὰ τραύματα γίνεται. ἐπὴν ἡ μήνιγξ ὑγιὴς ᾖ. καὶ τὰ πλέοσι ῥωγμῶσιν ἐκκαταῤῥαγήσεται καὶ ἀῤῥυτέρησιν, ἔτι ἀκινδυνώτερα καὶ ἀμαρέστερα ἐς τὴν ἀφαίρεσιν γίνεται. καὶ ὅκῃ

πῄσιν

πρίειν τῶν τοιούτων ὀδόντι. ὃ δὲ κινδυνωδέστατον τὰ ὀστέα πεφωλεύοντα ἀφαιρέειν, πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ. *εἰκὸς πρῶτον χαλάσαντας. ἐπανέρχεται δὲ τῆς σαρκὸς ὑποφυομένης. ὑποφύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ἐκ τοῦ ὑμένος, ἢν ἡ ἄνωθεν μοῖρα τοῦ ὀστέου μένῃ σφακελίσῃ. ὅτῳ δ' ἂν τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο καὶ βλαστάνοι, καὶ τὰ ὀστέα ἐπανίοι, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσῃ. καὶ ἢν διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου ἄμφω αἱ μοῖραι ἐσφλαδῶσιν ἔξω ἐς τὴν μήνιγγα, ἥ τε ἄνω μοῖρα τοῦ ὀστέου ἐκ τῆς κάτω, ἐντὸς δὲ ὁμοίως τὸ ἕλκος ὑγιὲς τάχιστα ἔσται. καὶ τὰ ὀστέα τάχιστα ἐπανήσουσι τὰ ἐσφλαδέντα ἔσω.

* Non displicet quod nonnulli legunt εἰκὸς πρῶτον χαλάσαντος ἐπανέρχεσθαι, καὶ τῆς σαρκὸς ὑποφυσμένης. Quavis nec Mercurialis animadversio omnino rejicienda qui loco εἰκὸς εἰκᾶς legit.

Quæcunque etiam ossa à naturali suo recedentia statu, desidunt, vel quod perrupta aut latè præcisa sunt, hoc periculi minus habent ubi membrana fuerit inviolata: tum & quæ plurimis ijsque hiantibus rimis fracta sunt, minus adhuc periculi secum adferunt, faciliusque eximuntur. neque horum quicquam secare oportet, aut conari ut cum periculo avellantur priusquam soluta sponte sint. Tum autem sponte sequentur, quum prius subeunte carne laxantur, quæ ex ossis meditullio, ubi ossa inter se connectuntur, &

ab eo

©BIU Santé

ab eo quod ſanum eſt ſuccreſcit, ſi ſuperior tantum oſſis pars corrupta ſit. Hac ratione etiam cito luxuriabit ſuccreſcetque caro, oſſáque ſolventur, ſi quam feſtinanter fieri poterit puris productioni incumbas. Quod ſi totum os deſidat, ita ut utráque tam inferiore quàm ſuperiore parte membranæ inhæreat, eadem ratione & citiſſimè ſanabitur ulcus, & deſidentia oſſa ejicientur.

Monitum alterum, cujus hic ſenſus: Vbi cranium læſum, fiſſuras fracturaſve ampliores quàm auguſtiores eſſe præſtat. Cujus rei cauſæ. 1. quia fragmenta educenda, commodius manu chirurgi prehendi queunt. 2. quod ſectione ſive priſi non ſit opus. quorſum namque os exſecare, ubi ſpatium ſatis capax per quod ſuperflua expelli poſsint? 3. neque violentam inſtituere fragmentorum avulſionem neceſſe eſt, quum ſponte fluctuent: Amplæ itaque fiſſuræ non eſt, quòd chirurgum terreant; ſed anguſtæ ſuſpectæ ſemper eſſe debent. Idem in aliarum partium vulneribus quotidie obſervamus: quum periculoſius ſit, ac difficultatis plus ſecum trahat, ſi nervus aciculâ aut tenui ligneo pungatur fragmento, quam paulo ampliore ſi vulneretur plagâ. nam ibi inflammationis aut convulſionis

nis oritur metus. ibi ut plurimum ſectio ſive major apertio manu chirurgi fiat neceſſe eſt, quæ in latiore vulnere non requiritur. Exceptionem tamen addit, ſive cautionem quoad hoc monitum.

Vbi inviolata fuerit membrana. Hoc eſt minus periculi eſt, ſi cui machærâ, majuſcula cranij portio præcidatur, quàm ſi obtuſo ictu exilem tantum anguſtamque rimam agat, dummodo præciſione illâ, ſubjecta meninx læſa non ſit. Cui adde, dummodo præ ictus vehementiâ cerebrum validè concuſſum commotumve non fuerit, ita ut perturbata ſit animalis facultas, laceratave cerebri vaſcula. Nam hæc talia quotidie, anguſtiore quamvis exiſtente fiſſurâ, evenire ſolent. Text.

Aut conari ut cum periculo avellantur, priuſquam ſoluta ſponte ſint. Hoc jam illud eſt, quod paulo ante dictum; periculoſum nimirum eſſe, oſsis fracti fragmenta laminaſve non fluctuantes, neque in totum ſeparatas, manu chirurgi violentiâ quadam ab integro avellere oſſe. Nam illa avulſio ſpecies novæ eſt fracturæ. Text.

Tum autem ſponte ſequentur, quum prius ſubeunte carne. Senſus horum verborum eſt, tunc Text.

Ee tem-

©BIU Santé

temporis ſponte ſuâ nullaque moleſtiâ ſepa-rari ſecedereq; fragmenta, quum nova in oſ-ſis denudati ſuperficie apparere incipit caro. Etenim illud ſemper in quocunque læſionis cranij genere fieri ſolet, ut poſtquam nihil amplius vitioſi fuerit quod abjicere natura nititur, ut inquam tum incipiat producere in ſuperficie cranij caruncularn recentem. Cujus materia eſt ſanguis meditullio contentus, is namque ſcalpturitione exteriore durâ cranij ſuperficie ablatâ, exſudans, in carnem convertitur; quo natura inducit cranium, ablati perioſtij loco. Hoc itaque vult, naturam tum ſeparare ejicereq; fragmenta fiſsi fracti-vé cranij, quum novam incipit producere carnem. Quur non antea? quia occupata fuit ac impedita oſsis ſeparatione, ita ut de aliâ aliquâ actione non cogitarit.

Τῶν δὲ παιδίων τὰ ὀστέα καὶ λεπτότερά ἐστι καὶ μαλθακώτερα διὰ τοῦτο, ὅτι ἐναιμότερά ἐστι καὶ κοῖλα. καὶ ὅτε σηραγγώδεα. καὶ ὅτε πυκνά, ὅτε σηρέα. καὶ ἐπὶ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ ἀπὸ νεστέρων, καὶ προσθέντων ὁμοίως τε καὶ ἴσον, τοῦ τε νεωτέρου παιδίου καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον ἐπιστήσεται, ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἐλάσσονι χρόνῳ,

νῳ, καὶ ὅσα αὖ ἄλλως μέλλη ἀποθανεῖσθαι ἐντὸς πεώματος, ὁ νεώτερος τοῦ πρεσβυτέρου θᾶσσον ἀπόλλυται.

Puerorum verò ossa & tenuiora sunt & mollio- Text.
ra, quia sanguinis plus continent. Sunt & cavernosa, non dura, nec densa, aut solida. Hinc fit ut cum à pari telo aut etiam imbecilliore æquale aut etiam levius vulnus acceperit tenuioris pueri os, id magis celeriusque purulentum fiat quàm robustioris. Et si alioquin tethale fuerit vulnus, iunior quàm ætatem habens citius perit.

Tertium hoc monitum est. Dixit jam, quò cranij os fuerit siccius eò citius faciliusque sanitatem consequi, ac à reliquo osse separari. Idipsum jam exemplo puerorum probat: quorum ossa ætatis constitutionisque corporis ratione mollia sunt, succulenta ac sanguine plena. Hac namque de causâ evenire cernimus, puer capite si vulneretur, frequentius ut moriatur quàm adultus. Etenim succulentiæ, qua cranium scatet ratione, facillimè putredine corripitur. Hinc itaque est, difficulter quòd fissa fractavé fragmenta in illis separentur, quæ ipsis mortis causa.

Puerorum ossa molliora sunt. Cujus duæ causæ. Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 229 sur 280

©BIU Santé

1. nondum enim innatus eorum calor eam acquiſivit acrimoniam, copioſam uti humiditatem abſumere valeat. 11. quòd humido primigenio (reddente omnes corporis partes molles & flaccidas) pueri abundent. Quam facile videmus præ indecenti poſitu, infaſciatione, aut etiam malâ aſſuetudine, puerorum membra indecoram induere figuram? Mollia, cerea eorum ſunt oſſa, quamcunque figuram facile induentia. Vnde tot gibbi? illa res macrocephalos facit, ſi Hipp. fides.

Text. *Sunt & cavernoſa.* σηραγγώδεα. (ita legendum, non uti nonnulli σκληρώδεα.) Caloris omnia penetrantis ratione. Senum oſſa contrà quòd denſa ſint, fit, quia pervadens calor in illis deficit.

Text. *Non ſolida.* Fragilia quidem non ſunt, ſed flexilia, quæque facile cedunt. Videmus puerorum capita præ valido ictu, deſidere ſæpius quàm findi aut frangi.

Text. *Iunior quàm ætatem habens, citius perit.* imbecillior namque. Accedit, quod infantile cranium ob ſummum madorem, levi de causâ putredinem incurrat, ſecus ac juvenile.

Tex. *Citius purulentum fiet pueri os.* Nam calor omnia

omnia regens, inque ſuâ conſervans integritate in imbecillioribus magis deficit. Hinc ejuſcemodi crania putredine, omnia corrumpente, citius corripiuntur. Putredini autem nonnaturalis calor comes quum ſemper ſit, etiam hac de causâ facile accedit inflammatio, periculoſum vulneris capitis ſymptoma. Cui ut occurratur, ſuadet ſequente paragrapho, terebrâ uti urgeatur. Quodipſum tamen non leviter in pueris faciendum.


ἀλλὰ χρὴ ἢν φιλωθῇ τ̃ σαρκὸς τὸ ὀστέον, προσέχοντα τὸν νόον πειρᾶσθαι διαγινώσκειν ὅπη μή ἐστι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν καὶ γνῶναι εἰ ἔρρωγε τὸ ὀστέον καὶ εἰ πφλασθ, ἢ μοῦνον πέφλασθ. καὶ εἰ ἔδρης ἐούσης τοῦ βέλεος προσέσει φλάσις ἢ ῥωγμὴ, ἢ ἄμφω ταῦτα. καὶ ἢν τι τούτων πεπόνθη τὸ ὀστέον, ἀφεῖναι τοῦ αἵματος τυπῶντα τὸ ὀστέον σμικρῷ τρυπάνῳ φυλαστόμῳ ἐπ' ὀλίγον. λεπότερον γὰρ τὸ ὀστέον, καὶ ὑπολαμβάνεται τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων.

Verum oportet ubi nudatum fuerit os, id operam dare ut cognoſcas quod cerni nequit, intelligaſque num fiſſum ſit os ac colliſum, an verò non niſi colliſum, vel non ita inciſum ut oſtendat qua telum inſederit, Text.

©BIU Santé


ſederit, & præter id, colliſum, fiſſum, aut tam hoc quam illo modo læſum ſit. Et ſi quid horum deprehendes parvo terebello os urgere oportet, ſicque ſanguinem exhaurire. adhibitâ tamen cautione, quod tenuius ſit ætate tenerâ quàm firmâ os.


Author hic iubet quod præcedente paragrapho tacite vetuiſſe videtur, ſi enim puerilia crania ratione ſucculentiæ facillimè inflammatione putredineque infeſtentur; tum &, ſi in genere citius puer quàm adultus capite ictus moriatur, reverà non facile ſecandum pueri caput. Ob id Author neque ſcalprorum, multo minus exſectionis per modiolum facit mentionem, jubens ut anguſto ac ſubtili terebello foretur ſemel atque iterum locus læſus, idque eo fine, ut effuſo ebullente ſanguine, inflammationis putrediniſque auferatur metus. Qui huc Celſi locum adducunt, jubentis ut inter forandum terebellum ſæpe eximatur foraminiſque altitudo conſideretur, non vident Celſi illum locum puerorum capitibus convenire nequaquam poſſe, ut quæ tantum craſsitiei non habent. Lamella adeo tenuis eſt, vix uti conſpici poſsit medulloſitas.



τρυπῶντες τὸ ὀστέον σμικρῷ τρυπάνῳ. Per trepanum Text.
hic minimè intelligit modiolum veterum, nam eo exſcindi ſolet cranij portio, quod in pueris fieri non debet; verùm terebellum forans non perforans. Cui rei inſervire commodè poterit à Celſo deſcriptum hiſce verbis Cap: 3. lib: 8. *Terebrarum autem duo genera ſunt: Alterum ſimile ei quo fabri utuntur. Alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde ſubito latius fit, atque iterum ab alio principio paulo minus quàm æqualiter ſurſum procedit.*

©BIU Santé





Sequitur modioli tum & Trepani abaptisti Figura.

A *Modioli vera effigies.*
B *Clavus, ne modiolus vacillet impediens.*
C *Prominens limbus, prohibens ne modiolus altius mergatur.*

Nam prominens limbus notatus B. ne altius mergi queat terebra, impedit.

ὅσις δὲ μέλλει ἐκ τρωμάτων ἐν κεφαλῇ ἀποθνήσκειν, καὶ μὴ δυνατὸν αὐτὸν ὑγιᾶ ἐμφέσαι, μὴ δὲ σωθῆναι, ἐκ τῶν ἢ τῶν σημείων χρὴ τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι τὸν μέλλοντα ἀποθνήσκειν, καὶ σφαλέγδυ τὸ μέλλον ἔσεσθαι. πάσχει γὰρ τάδε. ὀκόταν τις ὀστέου κατεαγὸς, ἢ ἐρρωγὸς, ἢ πεφλασμένον, ἢ ὅτῳ γὰν τρόπῳ κακεαγὸς ἐνυπάρχας ἁμάρτῃ, καὶ μήτε ξύν-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 235 sur 280

©BIU Santé

σῃ, μήτε πίσῃ, μήτε δεόμενον, μήτε ὑγιέα ὄντα τὸ ὀστέον, πρὸ τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων πυρετὸς ἐπιλήψεται· ὡς ἐπὶ πολὺ ἐν χειμῶνι ἐν δὲ τῷ θέρει μὴ τὰς ἕπτα ἡμέρας ὁ πύρετος ἐπιλαμβάνει. καὶ ἐπειδὰν τὸ γλυφὲν, τὸ ἕλκος ἄκρον γένηται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχωρρέοι σμικρὸς. καὶ φλεγμαῖνον ἐκτέθνηκεν ἐξ αὐτοῦ, καὶ γλιχρώδες γένηται, καὶ φαίνηται ὥσπερ τὰ εἰκὸς, χροιὴν πυρρὸν, ὑποπέλιον, καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται. καὶ γίνεται περκνὸν, λεῖον ὂν, τελαυγαῖον, ἔπωχεν γλυόμενον ἢ ἔκλυκον. ὅτ' ἂν δ' ἤδη ὑποπυον, ἢ ἐπὶ τῇ χλώσει φλυκταίνας γίνωνται, ἢ διαφονέων τελαυγέα. ἢ ἀπαλμὸς ἐπιλαμβάνει τὰς πλείστας τοῦ ἐπιθάτεροθ τοῦ σώματος. ἢν μὲν ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ ἀπασμὸς λαμβάνει. ἢν δ' ἐν τῷ ἐπὶ δεξιὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ ἀπασμὸς ἐπιλαμβάνει.

Text. *Cum quis ex capitis vulnere moriturus, nec ullo pacto sanus reddi ac evadere potest, talem morituram hisce cognosces signis, quæque ei eventura indicabis. Os ubi fractum, fissum, collisum aut quocunq; modo solutum esse intellexeris, neque per errorem ra-*

seris

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 236 sur 280

ſeris, ſecueriſve, exiſtimans ſectionem non exigere; hoc caſu febris plerumque hyeme ante diem decimum-quartum, poſt ſeptimum æſtate apparebit. Qua ſuperveniente, vulnus colorem ſuum mutat, parumque ſanieï eructat, quodque in eo inflammatum eſt emoritur, fit glutinoſum & ſalſamentum refert, colore fulvum, ſublividum; tumque os corrumpi incipit, fitque nigrum, læve exiſtens, tandemque ſuppallidum albicanſque redditur. At verò purulentum jam cum eſt, oriuntur in linguâ puſtulæ, delirioque correptus moritur. Plæriſque etiam alterum corporis latus convellitur. Et ſiquidem in ſiniſtris capitis vulnus fuerit, dextra infeſtat convulſio; Sin dextra vulnerata, convelluntur ſiniſtri lateris nervi.

Priuſquam ex inſtituto ad priſin quæ modiolo fit, deveniat, præmittit prognoſin; tradens ſigna quibus certior redditur medicus pericliteturne vehementer vulneratus, nec ne. Vti namque egregiè Celſus lib:5. Cap.26.

Prudentis eſt, eum qui ſervari non poteſt, non attingere, nec ſubire ſpeciem ejus ut occiſi, quem ſors ipſius peremit. Deinde ubi gravis metus ſine certâ tamen deſperatione eſt, indicare neceſſarijs periclitantis in difficili rem eſſe, ne ſi victa ars malo fuerit vel ignoraße vel fefelliſſe videaris. Tradidit paulo ante prognoſtica quædam ſigna, etiam huc

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 237 sur 280

©BIU Santé

pertinentia, verum quæ in principio vulneris locum habebant tantum, antequam manum vulnerato admoveret chirurgus: hæc verò locum habent etiam tum, in curatione quum versatur chirurgus. Sciendum namq; duplici de causâ ex capitis vulnere ægrum mori; aut quod per se vulnus lethale sit; aut quod lethale reddatur per accidens. Per se, uti cerebrum validè concussum si fuerit; si non tantum cranium, sed & menynges disciſſæ, inque ipsum penetraverit cerebrum telum; si basis cerebri læsa sit. His talibus ut plurimum statim initio lethalia adsunt symptomata, quæ ægrum quarto aut septimo die abripiunt. Celsus, quænam lethalia sint in genere vulnera recenset, loco jam citato: *ser-*
„ *vari non potest, cui basis cerebri, cui cor, cui stoma-*
„ *chus, cui iocinoris portæ, cui in spinâ medulla per-*
„ *cussa est; cuique aut pulmo medius, aut jeju-*
„ *num, aut tenuius intestinum, aut ventriculus*
„ *aut renes vulnerati sunt, cuive circà fauces gran-*
„ *des venæ vel arteriæ præcisæ sunt. Vix autem ad*
„ *sanitatem perveniunt, quibus ullâ parte pulmo, aut*
„ *iocinoris crassum, aut membrana quæ continet cere-*
„ *brum, aut lien, aut vulva, aut vesica, aut ul-*
„ *lum intestinum, aut septum transversum vulne-*
„ *ratum est. Hi quoque in ancipiti sunt, in quibus us-*

que ad grandes intuſque conditas venas, in alis vel poplitibus mucro deſedit. Fit vulnus per accidens lethale non unâ de causâ. Medici ac chirurgi imperitia errorve in causâ eſſe poteſt. Vti, pericranij apertionem calvæque nudationem ſi neglexerit; os ſcalpris ſi non purgarit; pinguia aut alioquin inimica oſsi ſi applicuerit remedia; in eximendis fragmentis, modiolive uſu, membranam ſi violaverit, ipſis futuris ſcalpra modiolumvé ſi applicuerit; caput nimijs operimentis ſi obruerit; fragmenta non integrè ſoluta nimis violenter à reliquo oſſe abſtraxerit; nullam ſi corporis rationem habuerit, purgationem, venæ ſectionem, alterantia medicamẽta, convenientem diætam ſi non præſcripſerit; ægrum genio indulgere ſi permiſerit; de vitando aëre, potiſsimum intemperato, eum non monuerit. Hac namque ratione, non raro, quod per ſe exiguum eſt malum, majus curantis negligentiâ fit. Poteſt & ipſe vulneratus huic rei anſam præbere, neque id inefficaciter; ſi namque ſpretis medici monitis gulæ ſe mancipet (nam in fiſſuris aut etiam levioribus fracturis, non raro primis diebus nihil mali ſentiunt vulnerati) vino ſe repleat, Veneri ſe det, aerem

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 239 sur 280

©BIU Santé

quemcunque hauriat, de vindictâ indefinenter cogitet, eaque ratione animo perturbato somnum aliasque naturæ actiones impediat, næ hic talis malum ipse sibi accersat. Aut è contra, animo ita si sit abjecto, omnem salutis spem uti abjiciat, & sibi indefinenter mortem proponat. Illud namque asserere possum, non unum ab hisce caulis me abreptum vidisse, per se quum vulnus grave non esset. Non frustra uti moneat Hipp. Aph. 1. non sufficere suo uti fungatur officio medicus, requiri etiam, partibus suis uti non desit æger. Qui maligno aliquo, eoque latente si laboret quum vulnus inferretur affectu, sicuti venerea lue aut simili, neque de eo certiorem faciat medicum; Si corpus habuerit ante conflictum multâ cacochymiâ repletum. illa namque tacitè in caput se efferet. Certe hi tales, vulnerati licet, non tamen ex vulnere moriuntur.

Text. *Neque per errorem raseris, secueris.* Vides, hîc Hipp. tacitè rem, uti à nobis jam factum, distinguit: nempe, non omnes ex vulneris magnitudine, nonnullos propter negligentiam chirurgi mori. In corvos quàm ejuscemodi incidere præstet magistellos. Et tamen

men quotidiana ſe offerunt exempla.

Hyeme plærumque febris ante diem 14. Videtur hic ejus eſſe Author ſententiæ, præſtare ut in capitis vulneribus citius quam ſerius ſe oſtendat febris. Hanc ad rem inſignis apud eundem eſt locus 2. Prorheticorum. *Præſtat, inquit, eum qui capite vulneratus eſt, neque febricitare, neque ſanguinis profluvium, inflammationem, aut dolorem aliquem pati; aut ſi eorum aliquod appareat, circà initia fieri, neque diu durare tutiſſimum eſt.* Dicuntur hæc reſpectu cauſæ è qua excitari febris ſolet. Si namque ſtatim initio, primo aut ſecundo appareat die, illa proculdubio cauſam agnoſcet perturbationem, humorumque ac animi commotionem quum vulnus incuteretur. Ceſſante causâ procatarcticâ, ac ubi ſe collegerit æger, deſinet illa febricula. Si verò primis diebus nihil febrile, nec ullum ſymptoma ſentiat æger, ſeque in nullo verſari diſcrimine exiſtumet, hunc talem ſi ſubito, die 7. aut 14. (nihil licet in victu rebuſve peccarit externis) ac præter expectationem febris invadat, ſignificatur latens aliquod in cranio, cerebro, aut corpore vulnerati vitium, cui quamdiu potuit reſtitit natura, ſed quæ tandem victa ac causæ vehementiâ ſu-

Ten.

©BIU Santé

tiâ ſuperata ſuccumbit. Ita ut cauſæ reſpectu, pejus ſit, diu poſt, quàm protinus apparere febrem. Quoties vidimus in fiſſuris non conſpicuis omnium ſymptomatum expertes primis fuiſſe diebus ægros, qui, collectâ paulatim loco fiſſuræ ac in ſubjectum ſtillante cerebrum ſanie, ſubito mortui ſunt. Vt oporteat ſuſpicacem eſſe chirurgum, illudque animo firmiter impreſſum habere, Capitis vulnera quum maxumè arrident, tum ſæpe vel maxume inſidias ſtruere.

Text. *Quâ ſuperveniente, vulnus colorem ſuum, &c.* Notandum quod dicit καὶ ἐπιόντα τῶν ἕλκεων. nam quæ ſtatim initio apparet, non habet tantum difficultatis reſpectu minoris cauſæ; verum ſuperveniens aut poſt apparens, jam paulatim naturam fregit.

Text. *Vulnus colorem ſuum mutat.* Quem namque habebat vividum ac carneum colorem, in pallidum primum, tum fuſcum, tandem nigricantem mutat. Deficiente nimirum calore, hincque ſolitâ nutritione carniſque productione unà ceſſante.

Text. *Parumque ſanies eructat.* Nam vulnus, deficiente expultrice facultate, ſiccum redditur. deficientibus autem facultatibus, paulatim ipſa

ipſa deficit actionum omnium cauſa Anima. Ita in Prognoſticis, Coacis, alibique peſsimi ſigni loco ſemper habet, vulnus aut ulcus ſiccum reddi. Neque oculati id ignorant chirurgi. Niſi tamen tranſlatio fiat materiæ, idque ex bonâ causâ. uti ei apud Paræum, cui brachij ulceribus laboranti ſubitò ſiccata ulcera, quum metum injeciſſet ea res chirurgis, viſum ſaniem per inteſtina ſe effudiſſe.

Quodque in eo inflammatum eſt, emoritur. Text. Deficiente naturâ, quæ alias inflammatam in pus vertere aſſolet materiam.

Pleriſque etiam alterum corporis latus convellitur. Text. Hic notat quod non ſemel in capitis vulneribus eveniſſe vidimus convulſione nimirum, corripi partes oppoſiti lateris, non eas in quas incidit vulnus. Cujus rei ut explicari causâ poſsit, duo ad hunc locum notanda. Primo, Hipp. hic non dicere quod illud ſemper fiat, ſed quod aliquando. τὰς πλείστας inquit, ſæpe ac multis id accidit. Ergo non omnibus. Non enim ſemper id evenire, ſed etiam ſæpe ejuſdem lateris nervos convulſione infeſtari, præter quotidiana exempla, etiam oſtendit hiſtoria apud Hippocratem Epid: 5. *Lariſſæ, inquit, Palamedis equiſo undecim annos*

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 243 sur 280

©BIU Santé

„ annos natus, ab equo in fronte ſupra oculum dextrum
„ vulnus accepit, & ad os vitium perveniſſe vide-
„ batur, ex eoque modicus ſanguis proſiliebat. Hic ma-
„ gnam ſectionem ad os duplex uſque pertulit, ex eo ſta-
„ tu os curationem accipiebat. Sub vigeſimum diem
„ circà aurem tumor obortus eſt; febris cæpit & rigor,
„ indeq; tumor & dolor augebantur. Sub initia febris
„ ex rigore cepit, & oculi, frons, ac univerſa facies in-
„ tumuit. Hæc autem dextra capitis parte fere contige-
„ rint, pervaſit tamen tumor etiam ad ſiniſtram, ſed
„ hic nullam noxam attulit. Alterum hic dicit, con-
vulſionem vulneri ſupervenire; καὶ σπασμὸς, in-
quit, ἐπιλαμβάνει τὰς πλείστας τῶν ἐπὶ θάτερα τὸ σώματος. Ita & in Coac. ſect. 14. σπασμὸς ἐπὶ τρώμασι, θανάσιμον.

Quod itaque ſæpe fiat ut capite vulneratis ſuperveniat convulſio, ejus primariam dixerim cauſam, quod tanta fiat in capite materiæ morbificæ collectio, aut etiam quod tam valida oriatur in capite ob retentam ac putreſcentem dictam materiam inflammatio, illa uti nervis communicetur, abſumta nimirum præ inflammatione nativâ nervorum ſucculentiâ. At quanam de causâ oppoſiti nervi hoc malo corripiuntur, dicat quis? reſponderim, quod de læſo latere adeo ſollicita ſit

ta ſit natura ubi malum hærere ſentit, de oppoſiti lateris partibus minus uti cogitet. tota namque eſt, omneſque ſuas vires in id confert, læſi uti lateris partes integras ſervare aut priſtino nitori reſtituere poſsit; hinc fit, in eas uti partes, de quibus minus cogitat, materia ſe infundat. Cæca etenim eſt natura, nullâ utitur ratione, non ſollicita niſi de eo præſens quod eſt, de futuro minus cogitans. Ita videmus naturam morborum initijs percipientem aliquid in corpore ſibi diſsimile ac inimicum de eo adeo ſollicitam eſſe, non paucas alias uti actiones negligat. Hinc enim utplurimum fit alvus quod tum temporis officij ſui immemor reddatur. Ita, quænam cauſa, quod in lipothymia, februm initijs exteriora frigeant, æſtuantibus valde interioribus? quod natura ſentiens cordi creari periculum, calorem cum ſanguine univerſum eo trahat, de alijs partis minus cogitans. Quin & naturam videmus interdum de cerebro valde cogitantem tantâ copiâ ſurſum trahere calorem, inde uti delirium oriatur. Dicunt, à morbo id fieri. reſpondeo, non edere ſed lædere actiones morbum, verum quas læſit actiones morbus, eas edit natura.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 245 sur 280

©BIU Santé

Exemplum porrò oppositi lateris convulsi, dextris capitis vulneratis, præbet famula quæ in Omilo decumbebat apud Hipp. 5. Epid. *hæc duodecim ferme annos nata ex capitis vulnere moritur decimoquarto die, æstate mediâ, ubi impacta à quodam januâ os collisum & fissum fuit. Ad suturas verò vulnus erat, quod exsectione egere est animadversum, sectum est autem non quantum oportuit, verum quod in ipso relictum fuit, in pus versum est. octavo die rigor, febris prehendit. habebat verò non commodè. nono autem die, quod reliquum erat, exsectum est, & pus admodum exiguum cum sanguine subesse, visum fuit, membranaque pura erat, ac somnus quidem cepit, febris verò non dimittebat. Convulsio autem manum sinistram occupabat quòd dextra potius parte ulcus haberet.*

εἰσὶ δ' οἱ καὶ ἀποπληκτοὶ γίνονται. καὶ ἔστιν ἀπολλύμενοι καὶ ἑπτὰ ἡμερέων ἐν θέρεϊ, ἢ τεσσάρων καὶ δέκα ἐν χειμῶνι.

Text. *Sunt & qui apoplexia corripiuntur, sicq; æstate ante septimum, hyeme ante decimumquartum diem pereunt.*

Fiunt interdum vulnerati apoplectici, aut quod materia paulatim capite collecta ejusque actiones impediens, ventriculis cerebri subitò

ſubitò ſe infundat; aut concuſſo commotoque præ ictu cerebro, turbatiſq; ac in unum confluentibus, ventriculoſqne eâ ratione replentibus animalibus ſpiritibus. Ita in Coac. Sect: 14: Aph: 3. *Quibus, inquit, cerebrum vulneratur, ijs ſæpe febris ac apoplexia accidunt, ſicque moriuntur.* De hac cerebri concuſsioue nos in præcedentibus plenius egimus.

ὁμοίως δὲ καὶ σημεῖα ταῦτα σημαίνει, καὶ ἐν πρεσβυτέρῳ ἐόντι τῷ πρώσαλι, ἢ καὶ ἐν νεοτέρῳ.

Hæc ſigna idem ſignificant, ſive ſenex ſive juvenis ſit qui laborat. Tit.

Hoc eſt, ſive in ſene ſive juvene vulnerato jam dicta ſe oſtendant ſigna, ſemper periculum denuntiant. Et quidem per ſe ſemper, quamvis ratione ſubjecti differant. etenim juvenis hiſce ſymptomatis alacrius reſiſtet quàm decrepitus.

ἀλλὰ χρὴ εἰ ἐννοίης τὸν πυρετὸν ἐπιλαμβάνοντα, καὶ τῷ ἄλλῳ σημεῖον τοῦτο προσγιγνόμενον, μὲ διατρίβειν, ἀλλὰ πρίσαντα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μηνίγγα. ἢ καταξύσαντα τῷ ξυσῆρι. βύπρισον δὲ γλυφέα καὶ ὄξησον. ἔπειτα τὰ λοιπὰ ὅτως ἐν-

©BIU Santé

πρόσθεν ὅπως αὖ δοκέῃ ξυμφέρειν πρὸς τὸ γινόμενον ὁρῶν.

Text. *Verum cum intelligis febrem invadere, aut aliud aliquod signum vulnerato supervenire, noli ulterius differre; os namque usque ad membrnam secandum, aut scalpro radendum. Facile enim secatur ac raditur. In reliquis ea curatio adhibenda, quæ conveniens videbitur: quam ad rem diligenti intuitu opus.*

Tradidit signa evenientia capite vulneratis, & quidem illa quæ in maxumo versari ægrum testantur discrimine. Quibus apparentibus jubet jam ad prisin statim deveniendum, idque aut exsectione, aut scalpturâ ad membranam usque. Vbi eam nonnulli movent difficultatem, quod in deploratis casubus à curatione abstinendum dicant, ne qui violentiâ morbi moritur, dicatur medicatione tuâ sublatus. Celsum hi citant cap: 26. lib: 5. Etiam Galenum dicentem. 11. Meth. „ Cap: 9. *In quò insperata omninò salus est, imprudentis consilij fuerit apud vulgus infamare præsidia* „ *quæ multis fuere saluti.* Ad quæ respondeo; certissimum si fuerit ægrum moriturum, omninò ab ossis sectione abstinendum esse: at verò,

rò, quoniam quotidianis videmus exemplis eos de quibus desperabatur tamen convalescere, institutâ prædictione, monitisque propinquis, interdum anceps nullo remedio præferendum, quum crudele ac inhumanum sit omni spe destitutum ægrum deserere. Nam vel hoc mortem accelerare ęgro possit, à medico ac chirugo se deseri si animadvertat. audiatur idem Celsus loco adducto: *Vbi grævis metus sine certâ tamen desperatione est, indicandum necessarijs periclitantis in difficili rem esse, ne si victa ars malo fuerit vel ignorasse, vel fefelliße videatur medicus.* Est & alia responsio; nimirum Hipp. hic præcipere ut prisis instituatur tum, si periculosa symptomata primis appareant diebus, hoc est initio statim post inflictum vulnus, non 14 die uti præcedens habebat paragraphus. Ita statuit Celsus primis verbis Cap: 4. lib: 8. *Vbi calvaria pertusa, protinus requirendum est, num bilem is homo vomuerit, num oculi ejus obcæcati sint, num obmutuerit, num per nares aureśve sanguis ei effluxerit, num conciderit, num sine sensu quasi dormiens jacuerit; atque ubi hæc apparent, scire licet necessariam, sed difficilem curationem esse. Si verò sub primâ curatione febris intenditur, breveśque somni*

& ijdem-

©BIU Santé

" & ijdem per ſomnia tumultuoſi ſunt, ulcus madet,
" neque alitur, & in cervicibus glandulæ oriuntur, tum
" tum demum ad manum ſcalprum jue veniendum
" eſt.

Text. *Os namque uſque ad membranam ſecandum.* Excisâ nimium utraque tabulâ quodipſum modiolo fiat neceſſe eſt; de quo jam plenè aget.

Text. *Aut ſcalpro radendum.* Vbi fiſſura fuerit, eaque non niſi primam infeſtet tabulam, conetur eam delere ſcalpendo: ſin utramque, exſcindi os debet aut modiolo, aut cyclifco ſeu ſcalpro exciſorio.

ὅταν δ' ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ ἀνθρώπου ἢ πεπτωμένου ἢ ἀπτώτου, ἐψιλωμένου ἢ ἀψιλώτου, ὀστέου, οἴδημα ἐπιγένηται ἐρυθρὸν καὶ ἐρυσιπελατώδες ἐν τῷ προσώπῳ, ἢ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀμφοτέροισιν, ἢ τῷ ἑτέρῳ. καὶ εἴδως ἀπαιρέω τὸ οἰδήματος ὀδυνῶσι. καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει, καὶ ῥῖγος· τὸ δὲ ἕλκος αὐτὸ τὸ ἀπὸ τοῦ σαρκὸς καλῶς ἔχοι ἰδεῖν, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀστέου, καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἔχῃ καλῶς, πλὴν τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ. καὶ ἄλλως ἁμαρτάδα μεσεμίαν ἔχοι τὸ οἴδημα τῆς ἄλλης διαίτης, τούτου χρὴ τὸν κάτω καὶ λίθον ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ, ὅ, τι χολὴν ἄγει. καὶ οὕτω καθαρθέντος,

θέντος, ὅ, τε πυρετὸς ἀφίησιν. ἢ τὸ οἴδημα καθίσαλαι, ἢ ὑγιὴς γίνεται. τὸ δὲ φάρμακον χρὴ διδόναι πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου ὁρῶν, ὡς ἂν ἔχῃ ἰσχύος.

Vbi autem in capitis vulnere, sive sectio adhibita sit sive non, osse tamen detecto, tumor rubicundus ac ad erysipelatis naturam accedens in facie, oculis sive alterutro sive utroque oritur, dolens ad tactum; febris item superveniat & rigor; ulcus verò quod ad carnem attinet bono esse loco videatur; os & quæ juxta sunt rectè procedant, facieï tumore excepto, neque ullus in victu error commissus sit; alvus homini solvenda medicamento quod bilem detrahit. Si sic purgatus febris desinit, tum & tumor evanescit, sanitati æger restituitur. In medicamenti autem exhibitione considerandum quomodo se vires vulnerati habeant.

Dixit, febre in principio apparente absque morâ sectionem ossis instituendam esse; quærat quis, annon habenda sit febris aliorumque symptomatum ratio. Respondet Hipp: habendam omnino esse. Perseverante namque, multo magis ingravescente febre, & vires deficient, ita ut exsectionem perferre æger nequiret; & quoque os ipsum phlo-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 251 sur 280

©BIU Santé

gosin à calore febrili conciperet, eoque modioli circumactionem absque inflammatione sustinere non posset.

Text. εἴδημα ἐρυσιπελατῶδες. Est Erysipelas genus mali capitis affectubus frequenter superveniens; rubore vivido ac splendente, doloreque urente partem affligens. Tumor est non admodum se attollens, pendet namque à bilioso sanguine, qui ratione tenuitatis se in latum diffundit potiùs.

Text. *In facie, oculis.* Familiaris faciei est erysipelas, nam bilioſus humor excitans affectum ratione levitatis sursum fertur. Quod si admodum valida fuerit natura, depellit affluentem materiam ad loca maxumè disita, tumque in tibiâ aut pede (quæ etiam valde frequens) ostendere se solet. Hic verò, laborante capite, ideoque nequeunte procul pellere erysipelatis causam materialem, in facie se prodit.

Text. *Dolens ad tactum.* Dolet etiam non tactum neque pressum erysipelas; nam acris fervidaque à quâ pendet, materia pungitivos excitare solet dolores.

Text. *Febris item superveniat.* Absque febre rarò aut nunquam est Erysipelas; utpote quam excitare

citare ſolet orgaſmo mota bilis, aut expreſſa à partibus internis ad exteriores. Motus is materiæ per ſe fervidæ, tam ipſam, quam per quas fertur partes accendendo febrem excitat.

Et rigor. Febris quæ eryſipelas comitatur continua ut plurimùm eſt. quæ tamen acceſſione primâ cum frigore aut rigore invadere ſolet, propter bilis ſeſe moventis acrimoniam. Movent nonnulli dubium, num eſſentiale intermittentium ſignum ſit rigor, ideoque unquam in continuis apparere poſsit. Dico poſſe; quamvis me non lateat in continuis ſubinde rigorem ſe oſtendere, intermittentes contrà rigoris eſſe expertes; illas dico, quarum materia non acri, verum miti ac humidâ putredine tacta, cum magno non movetur impetu. Continuæ contrà ſubinde rigorem, quum incipiunt, conjunctum habent. ita cauſum frequenter cum rigore invadere animadvertimus. Quod verò inſtante criſi in continuis ſæpe adſit rigor præter quotidiana exempla nobilis is Hippocratis notat Aph. 46. 4. *Si rigor frequens & iteratus, febre non deſinente* (hoc eſt in continua) *ægrum jam debilem invadat, lethale.* Aſt de hoc rigore non

Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 253 sur 280

©BIU Santé

agimus, ſed de eo qui ſingulis paroxyſmis in febribus intermittentibus oſtendere ſe ſolet.

Text. *Vlcus verò quod ad carnem attinet bono loco eſſe videatur.* Hiſce id vult; bonum eſſe *ſi* eryſipelas in morbis foris appareat, modo per metaptoſin ſeu materiæ à nobilioribus ad ignobiles fiat tranſlatione. Si namque per propagationem, propter nimiam bilis in corpore univerſo partevé aliquâ copiam id fiat, bonum eſſe vix poteſt. Quomodo ſciam? Ex ijs quæ hic traduntur ſignis: ſi namque epigeneſi fiat, non aderunt bona ſigna, quorum hoc loco fit mentio. talem notat aph. 20. 7. *ab eryſipelate, putredo aut ſuppuratio, malum.* & aph præcedente; *Ab oſſis denudatione eryſipelas, malum.* dic tu, quoniam mala comitantur ſigna.

Text. *Os & quæ juxta ſunt, rectè procedat.* Hæc oſtendunt eum de eryſipelate à bonâ causâ loqui, hoc eſt, robore naturæ expellentis.

Text. *Alvus homini ſolvenda eſt.* Vt naturæ conatum promovendo ei ſuppetias feramus. Illa namque ab eryſipelatis materiâ ſe quantum poteſt, liberare ſatagit. Quod natura abjicere nequit, id faciat cholagogo exhibito medicus.

In

In medicamenti exhibitione vires, &c. Eſt hæc cautela univerſalis, locum in omni præſcribendâ pharmaciâ habere debens: hoc ævo tamen minus neceſſaria, quo benigna leniaq; habemus pharmaca, quæ vires non facile proſternunt. Hippocratis verò tempore, ſcammoniata, helleborata, ſimiliaque valida quum in uſu eſſent purgantia, imo turbantia, hæc causâ, quod hoc monitum hic ponat. Nam capitis vulnera valida pharmaca non ferunt. Vide Hipp: 2. De Morb: ubi bilioſos affectus (qualis eryſipelas) ſcammonio & colocynthide curari jubet. Reverâ in ejuſcemodi quæ tantâ agunt violentiâ medicamentorum uſu, vires diligenter ponderandæ veniunt. Text.

Ηεερὶ δὲ πρίσιος, ὅταν καταλάβῃ ἀνάγκη πρίσαι ἄνθρωπον, ὧδε γινώσκειν. ἰὼ ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἧπαρ πρίης, ἢ χρὴ σκοπέειν τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μῆνιγγα αὐτίκα. ἢν μὲν συμφέρει τὴν μῆνιγγα ψιλὴν εἶναι τοῦ ὀστέου πρὶ πολλοῦ χρόνου κακοπαθῆσαν, ἀλλὰ τελαυταῖον σάπῃ καὶ διεμύδησεν. ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως κίνδυνος ἰὼ αὐτίκα, ἀφαιρέης πρὸς τὴν μῆνιγγα σκοπέσας τὸ ὀστέον, πρῶσαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷ πρίονι τὴν μῆνιγγα. ἀλλὰ

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 255 sur 280

©BIU Santé

χρὴ πρίονα, ἐπειδὰν ὀλίγα πάνυ δέῃ διαπρῆσαι, καὶ ἤδη κινέσθαι τὸ ὀστέον, παύσασθαι πρίονα, καὶ ἐᾶν ἅπτεσθαι τὸ αὐτόματον ἀποσῆναι τὸ ὀστέον. ἐν γὰρ τῷ διαπρίειν ὀστέῳ ἢ ἁπαλλαμμένῳ τὸ πείσεται, ὃκ ἂν ἅπτοιτο κακὸν ἐδέν. λεπτὸν γὰρ τὸ λαπόμενον ἤδη γίνεται. τὰ δὲ λοιπὰ ἰητὰς χρὴ ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει.

Quum verò prisis ineunda, de eâ sic statuendum. Quod si statim initio vulneris inflicti curationi adhibearis, os ad membranam usque simul ac semel exscindere non oportet. Quum non expediat ablato osse hanc diu indetectam relinqui, graviter namque lederetur imò putresceret ac hebes redderetur. Præterquam quòd aliud subsit periculum, si statim os ad membranam usque auferas, ne inter operandum membranam lædas. Sed inter secandum id observato, ut postquam eò res perducta ut parum absit, quin universum os pertusum sit, jamque os vacillare incipit, ab ulteriore sectione abstineas; ossique ut sponte porro secedat, permittas. Nam ossi quod sectum est, & sine exsectione relictum, nihil detrimenti accidere potest; nam quod relinquitur id tenuatur. Ad reliqua quod attinet, ea instituenda curatio quæ ulceri conferat.


Iam Prisin adgreditur, cujus causa præce-

dentia

dentia præmisit. πρίσις à secando & excavando nomen habet. Nam πρίων serram significat: inde πρίω, πρίζω serro, serra seco vel findo; πρίσμα scobs eorum quæ serrâ secantur. πρίστης qui serrâ quid secat. Est namque serra instrumentum dentatum, quo ligna lapisve secantur, cujus primam inventionem Dædalo veteres acceptam referunt. Sunt autem serrarum variæ tam apud architectos, fabros, quàm ipsos chirurgos ideæ; quas ad tria genera retulerim, ut alia sit recta, incurva alia, alia denique orbicularis. rectarum alia major, minor alia. Major, quæ Palladio lupus, est serrula manubriata Galeno πρίων μαχαιρατὸς cujus ad amputandum membrum, ad auferendum, dum anatome exercetur, cranium est usus. Minor quâ interdum in cranio ad dividendam primam tabulam utuntur chirurgi. uti etiam eundem usum illis præstat serrula incurva. Harum hæ sunt picturæ.

Orbi-


©BIU Santé



Orbicularis ſolis chirurgis in uſu. hæc illa eſt, quam Modiolum Celſus ac latini vocant ſcriptores, idque à ſimilitudine quæ ei cum modio (eſt modius menſuræ aridæ genus) modius χοῖνιξ græcis. inde modiolum voce diminutivâ, * χοινίκιον ijdem. Quem hoc pacto deſcribit Celſus Cap: 3. lib: 8. *Modiolus ferramentum concavum teres eſt, imis oris* † *ferratum per quod medium clavus, ipſo quoque interiore orbe cinctus demittitur.* Ejus en Iconem.

* non χοινικιον uti ineptè nonnulli.

† legendum omnino ſerratum.



Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 259 sur 280

©BIU Santé

Modiolus hic fuit duplex Veteribus, eſtq; etiamnum hodie; vulgaris, hic depictus: tum & * qui duplicé habet orbem, alterum ſuprà alterum exſtantem. Hic περίων ἀβάπτιστος græcis. facit namque orbis ſive limbus exſtans, ne profundius mergi queat.

* cujus picturam vide pag: 225.

Hunc ita deſcribit Galenus 6. Meth. Cap. 6.

„ τινὲς δὲ ὥσπερ τῶ μηδέποτε ἁμαρτεῖν, ἀβάπτιστα τρύπανα κατε-
„ σκευάσαντο. καλῶσι δ' οὕτως αὐτὰ, διὰ τὸ μὴ βαπτίζεσθαι. τοῦ-
„ τοις γὰρ ἐν κύκλῳ τοῦ φερήσ τις ἴτυος, πρόκειται μικρὸν ὑπὲρ αὐτὸ
„ τὸ καλὸν τὸ τρύπανον ὄξεος πέρας. εἰν δὲ δή τῳ χρὴ πολλὰ καὶ
„ παῦτα πρὸς ἅπαν πάχος κρανίου παρεσκευασμένα. τοῖς μὲν γὰρ
„ παχυτέροις, τὸ μακρότερον δεῖται τρύπανον. ὀνομάζω δὲ οὕτως
„ ὡ μεῖζον ἐστὶ, τὸ μεταξὺ τοῦτο ἄκρου τοῦ περατος καὶ τῆς κυκλοτε-
„ ρῦς ἴτυος. τοῖς δὲ λεπτομερέσι, τὸ μικρότερον. *Quidam au-*
„ *tem quominus aberrarent, tales terebellas excogita-*
„ *runt quæ mergi nequeant, quas inde ἀβάπτιστα vocant.*
„ *Circumcurrit enim parum ſuprà terebellæ ſupercilium*
„ *circulus alius parum exſtans. Sane expedit complures*
„ *id genus ad manum habere, ad quamcunque cranij*
„ *craſſitudinem. nam craſſiori longior convenit terebra*
„ *(ita autem voco, cujus ſpatium quod inter ſummam*
„ *eſt cuſpidem, & circulum qui exſtans circumcurrit,*
„ *majus eſt) tenuiori brevior.*

Vocat hac deſcriptione Galenus terebellum longius aut brevius, cujus circulus ferreus

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 260 sur 280

reus præ ſecundo circuitu longius breviuſque prominet. Tales terebellos Ægineta Abaptiſtos vocat; quos hoc pacto deſcribit lib. 6. cap. 89. εἰ δὲ ἰσχυρὸν εἴη τὸ ὀστέον, πρότερον τοῦτο τρυπήσαντες τοῖς ἀβαπίστοις λεγομένοις. τοιαῦτα δὲ ἐστὶ τὰ ἔχοντα μικρὸν ἐπωτέρω τῆς ἀκμῆς ἐξοχὰς κωλυούσας αὐτὰ πρὸς τῷ μηνίγγα βαπτίζεσθαι. *Si autem validum fuerit os, prius illud terebellis abaptiſtis vocatis perforato. Ejuſmodi verò ſunt, quæ paulo ſuprà acumen cuſpidis eminentias habent, impedientes ne ad cerebri uſque membranam demergi poſſint.*

Modiolus porrò Hipp. πρίων καρακτὸς dicitur, idque hoc loco, cum inquit ὧν δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴημα, ἀλλὰ παρ' ἄλλου προδεχθὲν ὑστερίζῃς τὴσι, πρίονι χρὴ καρακτῷ ἐμπρίειν μὲν αὐτίκα τὸ ὀστέον πρὸς τῷ μηνίγγα. *At ſi ſtatim initio ad curandum vocatus non fueris, ſed eam ab alio tibi traditam tardius ſuſceperis, terebrâ excavatâ & ſerratâ protinus os uſque ad membranam exſecabis.* Per πρίονα καρακτὸν intelligit cavum Celſi modiolum, voce derivatâ a καράσσω, καράττω quod ſignificat excavo, ſculpo.

Hæ porrò orbiculares ferræ ſive modioli, quoniam excavant, ideo terebræ latinis, τρύπανα græcis vocari ſolent, uti jam ex Galeno & Paulo audivimus. Ne quis putet nos terebram cum ſerrâ malè confundere, ſi in

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 261 sur 280

©BIU Santé

sequentibus indifferenter vocem nunc terebræ nunc serræ audiat. Certum namque est quod πρίων Hipp: latinis significet quodcunque instrumentum quo os tangitur, sive sint serræ, modioli, terebræ, sive etiam scalpra. Audivimus namque in præcedentibus eum scalprorum usum non semel vocasse πρίσιν. Hoc autem loco per illam voculam, ossis excisionem quæ modiolo fit, intelligit. Ad cujus usum quod attinet, sciendum non convenire veteres in modo quo chirurgus modiolo uti debeat: Eorum namque alij naturæ negotium committendum arbitrantur, ut nimirum illa fracturas callo jungat, nulla instituta prisi. ab horum partibus Celsus est lib: 8: Cap: 4. his verbis. *In omni verò fisso fractove osse protinus antiquiores medici ad ferramenta veniebant, quibus id exciderent. Sed multò melius est ante empl stra experiri quæ calvariæ causâ componuntur. Eorumque aliquid oportet ex aceto mollitum, per se super fissum fractumve os imponere, deinde super id aliquanto latius quàm vulnus est, eodem medicamento illitum linteolum, & præterea succidam lanam aceto tinctam. Tunc vulnus deligare, & quotidie resolvere, similiterq; curare usque ad diem quintum. A sexto die etiam vapore aquæ calidæ per spon-*

giam

giam fovere, cætera eadem facere. Quod si caruncula increscere cœperit, & febricula aut soluta erit, aut lenior, & cupiditas cibi reverterit, satisque somni accedet, in eodem medicamento erit perseverandum. Procedente deinde tempore, emolliendum id emplastrum adjecto cerato ex rosâ facto, quo facilius carnem producat. nam per se reprimendi vim habet. Hac ratione sæpè rimæ callo quodam implentur, estq; ea ossis velut cicatrix, & latius fracta ossa, si qua inter se non cohærebant, eodem callo glutinantur, estque aliquanto melius velamentum cerebro, quàm caro quæ exciso osse increscit. Si verò sub primâ curatione febris intenditur, brevesque somni & ijdem tumultuosi sunt, ulcus madet, neque alitur, & in cervicibus glandulæ oriuntur, magni dolores sunt, cibiq; super hęc fastidium increscit, tum demum ad manum scalprumque veniendum est. Ex hoc loco patet Celsum non oscitanter hæc scribere, quasi ignoraret veteres in contrariâ fuisse sententiâ, nam eos reprehendit, dicens; *sed multo melius est.* Distinguit autem rem, ut si initio vulneris inflicti res ægri bene succedant, neque febris, neque magna se ostendant symptomata, ut inquam tali casu à chirurgicâ encheiresi abstineat, tantum cephalicis utatur emplastris quorum ope callus promoveatur:

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 263 sur 280

©BIU Santé

contrà, ſi initio febris, aliaque ſe oſtendant incommoda, vult tum abſque morâ ad manum veniri. Cum Hipp. conceptis verbis jubeat ſtatim exſectionem oſsis inſtitui; cum hac tamen diſtinctione, ut ſi ſtatim initio vulneris illati ineatur, utraque tabula non diſſecetur; ſin ſerius ad hoc opus accedat, os ad membranam uſque excidat. Expedit ſane Hipp. ſequi ſententiam; quum ſicuti in præcedentibus non ſemel dictum, nihil in capitis fracturis procraſtinatione calamitoſius ſit. Si namque differas donec febris aliaque ſe oſtendant ſymptomata, experieris tunc temporis naturam paulatim fractam ſuccumbere, neque vulneratum ullo modo ſectionem perferre poſſe. Feſtinanter itaque hac in re agendum, cunctando enim hanc rem non reſtitues; ſed in causâ eris ut collecta fiſſuræ aut fracturæ loco ſanies, oſſe corrupto ſe in menyngem ſit præcipitatura, & eam quoque inquinatura. ita autem afflicto ægro majorem addere, quam modioli operatio adfert afflictionem, conſultum minimè eſt.

Implorata itaque ſummi Dei ope, (eſt namque periculoſæ plenum aleæ opus) obſervataque quam hic adfert Hipp. cautione & rei

& rei distinctione, adgrediendum opus. Distinguit autem hanc hoc modo.

Quodsi statim initio vulneris inflicti curationi adhiberis. Text. Non raro enim verùm sæpissimè, ne dicam ut plurimum (mos detestandus) hisce locis fit, ut capite vulnerati prioribus diebus nihil aut parum sentientes incommodi, rem parvi faciant, neque medicum aut chirurgum advocent. Fit &, ut advocatus chirurgus videns quoad exteriora ægrum bene valere, nihil mali suspicans pericranium non dividat, neque exploret, num os fissuram habeat nec ne, immemor moniti Hippocratici proœmio hujus libri, dicens: *nullum capitis vulnus parvi faciendum.* ut plurimum namque quum hæc vulnera maximè arridentinsidias struunt maximè. morte autem præter omnem expectationem ægrum obruente, aut fefellisse aut ignorasse chirurgus clamatur, redundatque in ipsam Artem medicam calumnia.

Os ad membranam usque simul ac semel excindere non oportet. Text. Hæc est distinctio quam Hipp. adfert; ut si protinus illato vulnere adhibeatur chirurgus, modiolique usum necessarium judicet, ne inquam tali casu eousque modiolum


©BIU Santé

lum circumagat, utraque uti cranij tabula pertusa exciſaque ſit. Quid itaque? pertunde inquit primam tabulam in totum, modiolum ſubinde auferendo; tum ut quàm altè inſtrumentum penetraverit animadvertas, tum ut incaleſcens præ circumactione ferramentum ventiles. Ad ſecundam ubi perveneris, imprime ei veſtigium modiolo, cumque pene vacillare eam videris, pertunde tantum uno loco. Quorſum? ut locus ſit apertus per quem ſi quid ſub cranio hæreat noxij expelli poſsit: tum & ut habeas aditum immittendo inſtrumento ſufficientem ut aut quod reliquum eſt, ipſa natura porro ſeparet; aut ut per locum pertuſum immittere poſsis inſtrumentum medium inter menyngem ipſamque tabulam excindendam, quo ſepares membranam ab oſſe, ne perruptione internæ tabulæ dentato ferramento membranam vulneres. Quale hoc inſtrumentum dicat quis? qnod ab affectu μηνιγγοφύλακα græci vocant. Ejus mentionem facit, imò illud exactè deſcribit Celſus Cap: 3. lib. 8. „ *Factis foraminibus eodem modo media ſæpe, ſed* „ *multo circumſpectius excidenda ſunt, ne forte an-* „ *gulus ſcalpri membranam violet, donec aditus fiat,*

per

per quem membranæ cuſtos immittatur, μηνιγγοφύλακα græci vocant. Lamina ænea eſt, firma, paulum reſima, ab exteriore parte lævis, quæ demiſſa eſt, ut exterior pars ejus cerebro proprior ſit. Subinde eï ſubjicitur quod ſcalpro diſcutiendum eſt, ac ſi excipit ejus angulum, ultra tranſire non patitur, eoque & audacius & tutius ſcalprum malleolo ſubindé medicus ferit, donec exciſum undique os eadem laminâ levetur tolliqué ſine ullâ noxa cerebri poteſt.

Ejus hæc eſt icon



Ejuſdem inſtrumenti mentionem facit Ægineta lib: 6. Cap. 89. Galenus verò Cap: ultimo lib: 6. Poſtquam cycliſcis os uſque ad membranam excuſſerit, ne cycliſco (qui malleo adigitur) membrana violetur, lenticulato utitur ſcalpro. illud ita deſcribens: ἐμοὶ δὲ κυκλίσκῳ μὲν οὐδὲν ἐπικοπῆναι χρὴ τοῖς λεπιδίσκοις γυμνωτέον, ἀλλ'


Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 267 sur 280

©BIU Santé

ἀλλ' καὶ' ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος, ἔνθα τὸ κάταγμα βιαιότερον
αὐτὸ γεγόνε. πολὺς μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις, καὶ ἡ μήνιγξ ἀφίσταται τῆ-
κιστα τῶν ἰσχυρῶς παθόντων ὀστῶν. ὥστε ἀδεὴς ἐστιν κίνδυνος ἅψασθαι
τῆς ἀφεστώσης ἤδη. λοιπὸν ἅπαξ ἔντομὴν γυμνώσαι μέρος, ὑπολαβὼν
σκληροτέα, τὸ μὲν φακοειδὲς, ὀξὺ τὸ πέρατι πεφυκὸς ἀμβλὺ καὶ
λεῖον ἔχοντα. τὸ δὲ ὀξύ, καθάπερ μηνίσκος ὄρθιον, ὅταν τηρίξῃ κατὰ
τῆς μήνιγγος τὸ πλατὺ τῶ φακοειδεῖ ὁμιλεῖται. καὶ λοιπὸν προσέχειν
δεῖ τῷ κρανίῳ, καὶ παύεσθαι τὴν πρὸς ἄντησιν ἀλύτως ἐπόμενα
τὸ προφέρες πέρας τοῦ φακοειδοῦς. ἐπὴν δὲ ἐξόπισθεν αὐτῷ προ-
δηγοῦντι, διακόπτων τὸ κρανίον ὁ σκληροειδὴς αὐτός.

Cæterum quod excidi oportet, id totum circulo cy-
cliſcis nudandum non eſt, ſed eâ maximè parte qua
fractura eſt graviſſima. Nam præter alia, etiam mem-
brana ipſa ab oſſibus quæ valde ſunt læſa, celerrimè
recedit. adeo ut nullus ſit metus eam, quæ jam ſejun-
cta eſt, attigiſſe. Si verò unam ſemel nudaveris par-
tem, ac ſcalprorum qui in cuſpide præfixam habet ob-
tuſum lævemque lenticulæ ſpeciem, aciem verò per lon-
gitudinem erectam, ſubmiſeris: ubi latam partem len-
ticulæ ſuper membranam ſtatueris, feries malleolo, ac
ſic calvariam dividis. Evenient enim ita agentibus quæ
requirimus omnia. nam membrana, ne ſi dormitans
quidem quis agat, lata tantum lenticulæ parte occur-
rens vulnerari poteſt. Lenticulati ſcalpri hic a
Galeno deſcripti (ſic dicti, quod in ſummita-
te ferramentum habeat rotundum & pla-
num

num ſimilitudine lentem referens) hæc eſt pictura.



Hæc itaque Hippocratis ſententia non eſſe ſimul ac ſemel modiolo pertundendam utramque cranij tabulam, verum internam una ſolummodo parte; ut per locum apertum immitti poſsit aut μιλιγγόφυλαξ Celſi, aut ſcalprum lenticulatum Galeni; idque ne dum quod reliquum eſt internæ tabulæ exſcindere voles, duram matrem lædas. Anne hæc intentio Hippocratis? ille immittendorum inſtrumentorum nullam facit mentionem, verum vult naturæ relinquamus tabulæ internæ ſeparationem. patet ex ijs verbis.

Nam oſſi quod ſectum eſt & ſine exſectione relictum nihil accedere poteſt detrimenti. Quum inquit veſtigium modiolo in ſecundâ feceris Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 269 sur 280

©BIU Santé

tabulâ, eique tantum impreſſeris modiolum ut jam vacillare incipiat; inſuper eandem uno loco pertuderis, tum inquam facile erit naturæ reliquam ſegregationem perficere. Ratio eſt, quia os modiolo læſum, haud aliter ſe habet ac fractum ſi eſſet: at verò læſum os ſiccatur & contabeſcit ſponte, ſicque ſanum ac integrum ab eo liberari volens, illud abjicere ſatagit, quodipſum exemplo ramorum in ſtirpibus areſcentium probavimus. Sed quur non vult initio univerſam internam tabulam exſcindi? ne membranam cerebri lædas inquit. Nonne idem imminet periculum in priſi quæ aliquot diebus poſt inflictum vulnus inſtituitur? minime; Etenim tum os præ telo læſum paulatim marceſcit ac ſiccatur, ſicque membrana quæ oſsi integro arctè adhæret ab oſſe paulatim ſecedit. ita ut tum periculum læſionis à modiolo non ſit tantum.

Hippocrates de durâ menynge admodum eſt ſollicitus, & merito ſane, quum nobiliſſima ſit ejus actio. progugnaculo cerebro exiſtit, quod viſcus hac de causâ facile in conſenſum rapit. Habet ſibi inſculptos nobiles illos ſinus, in quibus permiſtio præparatioq; fit

fit ſanguinis venoſi cum arterioſo, affundendi cerebro. Profundè ipſi cerebro & ſub ſagittali & lambdoide futurâ ſe immittit. Accedit, quòd univerſa ſpinalis medulla habeat tegminis loco propaginem membranoſam ab hac menynge. Tum & omnes quotquot habet corpus nervi accipiunt exterius ſuum velamen ab hac menynge. quæ quum ſint officia nobiliſsima, quam periculoſum ſit hanc lædi, quis non videt? Hac de causâ utraque quam hic adfert Hipp. cauſa membranam reſpicit; dicit enim.

Graviter namque læderetur, imo putreſceret ac hebes redderetur. Nimirum ſi eximas univerſum os. unde? nam tum exponitur aëri. at verò diſsimillimus membranæ aër eſt. Hic namque humidus, quum ſit, illa vero ficciſsima, magna eſt naturarum diſsimilitudo. Hinc dixerunt præcedentia, membranam expoſcere quàm ficciſsima medicamenta; utpote naturæ ſuæ analoga. Pinguibus ſi tractes, utpote humidis, non poterit non offendi. Quo ſiccior, eò circum cerebrum ſe tendit magis, firmumque ei præbet propugnaculum: ab aëre humectata redditaque flaccida, concidat neceſſe eſt, cerebrique motum Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 271 sur 280

©BIU Santé

impediat. Haud aliter ac tympano inductum corium, quo ſiccius ac tenſum magis, eo clariorem edit ſonum.

Text. καὶ διεμύδησεν inquit; præ madore hebes fit, marceſcit, uvida redditur, μυδάω eſt nimio humore & uligine vitior, imo madore corrumpor. Ita μυδρίασις, oculi vitium, quo flacceſcente ejus acies hebeſcit.

Text. *Aliud ſubeſt periculum, ne inter operandum membranam lædas.* acumine dentati acutique modioli nimirum. Huic periculo occurri aliquo modo poteſt immiſsione menyngophylacis, aut lenticulati ſcalpri: at verò humectantem aërem arcere nequis.

Text. *Poſtquam eò res perducta, ut parum abſit quin univerſum os pertuſum ſit.* Hoc eſt, poſtquam veſtigium modiolo feceris in externam interioris tabulæ ſuperficiem, ita ut ejus dimidia pars, imo amplius ſi fieri poſsit, pertuſa ſit. Nam & hæc tenuior quamvis externa, ſuam tamen habet craſsitiem.

Text. *Jamque os vacillare incipit.* Pulſatum nimirum à ſubjectâ membranâ. Quod ut capias, ligna vide quæ ſerrâ ſecantur, quum pene pertuſa ſunt, vacillare videbis. glaciem intuere quum mutatione aëris diſſolvi incipit, exorto

exorto vento aquam quæ ſubtus movente, vacillare videbis licet diſſolutam nondum.

Oſſi quod ſectum eſt, & ſine exſectione relictum, Text. *nihil detrimenti accidere poteſt.* Qua de cauſa? *nam quod relinquitur id tenuatur* ſiccatur, nutrimento deſtituitur, contabeſcit, ſicque in ſe corrugatum à membranâ ſecedit. Videmus itaque veteres triplici ratione conſuluiſſe menyngis integritati. 1. non pertundebant univerſam internam tabulam. 2. utebantur meningophylaca vocato inſtrumento. 3. habebant terebella abaptiſta, quæ ita à Celſo deſcribuntur, *Alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde ſubito latius fit, atque iterum ab alio principio paulo minus quam æqualiter ſurſum procedit.* Trepanum abaptiſtum paulo ante ex Galeno deſcripſimus, ejuſque dedimus delineationem.

Πείονα ὃ χρὴ πυκνὰ ἀξαιρέειν τὸν πῖονα τῆς θερμασίης εἵνεκα τοῦ ὀστέου, καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐναποβάπτειν. θερμαινόμενον γὰρ ὑπὸ τῆς σαρκὸς πέιων, καὶ τὸ ὀστέον ἐνθερμαίνων καὶ ἀναξηραίνων, καταικάιει. καὶ μεῖζον ποιέει ἀφίσασθαι τὸ ὀστέον τὸ σαρκῶδες τοῦ πῖονος, ἢ ὅσον μέλλει ἀφίσασθαι, καὶ οὐ αὐτίκα βάλλει ἐκπῖσαι τὸ σαρκῶδες τοῦ μηνίγγα

©BIU Santé

νίγλα, ἔπειτα ἀφελέειν τὸ ὀστέον, ὡς αὐτως χρὴ πυκινὰ τὲ ἐξαιρέειν τὸν πρίονα καὶ ἀναποδάπλειν τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ. ἢν δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνης τὸ ἧμα, ἀλλὰ παρ' ἄλλε πρὸς δέχῃ ὑστερίζειν τῆς ἰήσιος, πρίονι χρὴ χαραχτῷ ἐμπρίειν μὴ αὐλίκα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μενίγλα. θαμινὰ δὲ ἐξαιρεῦν τὸν πρίονα σκοπέοντα καὶ ἄλλως καὶ τῇ μήλῃ πέριξ καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ πρίονος. καὶ γὰρ πολὺ θᾶσσον διαπρήσεται τὸ ὀστέον, ἢν ὑγρόν τε ἐὸν ἠδὴ καὶ διάπυον πρήσῃς. καὶ πολλάκις τυγχάνει ἁπαλώτερον ἐὸν τὸ ὀστέον. ἄλλως τε καὶ ἢν ταύτῃ κεφαλῆς ἢ τὸ πρῶμα ἢ τυγχάνῃ τεταλότερον ἐὸν τὸ ὀστέον ἢ παχύτερον.

Inter ſecandum verò ſerra ſubinde auferenda, attollenda, ne os incaleſcat, & aquæ frigidæ immergenda. Nam circumactione incaleſcens terebra, os caleſacit, ſiccat, imò accendit, facitque ut plus abſcedat ejus oſſis, quod locum ſectum ambit, quàm abſcedere oporteat. Quod ſi verò protinus, os ad membranam uſque ſecare animus tibi ſit, ſicque eximere, terebra etiam tum ſepius recipienda, frigidæque aquæ immergenda. Si verò ſtatim initio inflicti vulneris adhibitus non fueris, ſed curationem ab altero tibi traditam ſerius ſuſceperis, acutiore & cavâ terebrâ excidere os ſimul ac ſemel ad membranam uſque

oportet

oportet. quæ tamen ſubinde attollenda, tumque aliâ viâ tum ſpecillo immiſſo ejus circuitus conſiderandus. Longè enim expeditius os ſecatur quod pus contraxit ipſumque fundit, ſæpiuſque os in ſummo fluctuans conſpicitur: præcipuè eâ capitis parte inflictum ſi vulnus fuerit, ubi tenuius quàm craſſius os exiſtit.

Serra ſubinde auferenda, tollenda, & frigidæ im- Text.
mergenda. Admonitio eſt, encheireſin quâ uti ad exſcindendum os chirurgus debeat, inculcans. nimirum quum circumagi ferramentum aliquoties debeat; motus autem calorem excitet; ne nimis incaleſcens ipſum os in inflammationem præcipitet, monet ut aliquoties attollatur modiolus, partim ut quouſque pervenerit, cognoſcat, partim ut ferramentum ventiletur. Cui fini jubet aquæ frigidæ immergi. Hac de re ſic Celſus Cap: 3. lib: 8. *Terebra verò, quam ſecundo loco poſui, utendum, eaq; ne nimis incaleſcat, in aquam frigidam demittenda eſt.* Paulò ante tamen eodem cap te, vult ut dum in modioli circumactione eſt chirurgus, inſtillet paulum olei roſacei vel lactis, quo magis lubricè circumagatur.

Ne os incaleſcat. Cranij os, in inflammatio- Text
nem proclive; tum quia calidâ abundat me-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 275 sur 280

©BIU Santé

dullâ: tum à vaporibus indesinenter e corpore ascendentibus. Hac de causâ osteotomiam quæ terebrâ fit præscripsit paulo ante Hippocrates, causamque addebat, ut calidus se effundens sanguis inflammationis metum auferat.

Text. *Facitque, ut plus abscedat ejus ossis quòd locum sectum ambit.* Hinc magis denudatur membrana, quæ aëre tacta ea incurrit symptomata, quæ jamjam retulit Hippocrates. ut non dicam, ipsum cerebrum nativo suo spoliari tegmine, in quo plus habet propugnaculi, quàm habiturum sit osse exciso.

Text. *Si verò statim initio inflicti vulneris adhibitus non fueris.* Nunc jubet, utramque tabulam simul ac semel uti modiolo exsecet chirurgus. Causa ei, quoniam tum temporis non adeo membranæ metuendum, sicuti initio vulneris inflicti. Et quænam ejus rei ratio? respondet Hippocrates, quod;

Text. *Longè expeditius os secetur, quod pus contraxit ipsumque fundit.* Sensus est, quia paulatim membrana sponte ab osse divortium facit. nam os fissum fractumve & tot diebus neglectum, corrumpitur purulentumq; redditur. Sic autem alteratum os quia solito more non

non nutritur (facultates enim naturales ſuo non funguntur officio) paulatim nativâ deſtitutum ſucculentiâ exarcſcit, contabeſcit, ac in ſe contractum à membranâ ſeceſsionem facit. Perrumpat itaque licet præter opinionem modiolus, longius tamen remotam membranam non ita lædet, uti cum ei arctè adhæreſcit. Nonnulli arbitrantur hoc caſu paulatim ſaniem ex oſſe læſo in ſubjectam ſtillare membranam, eamque ſuo pondere deorſum detrudere. quæ ſane ratio, vel idcirco minus placet, quod licet tum exſecetur os, nullo id fiet ægri commodo, alteratam ac corruptam membranam inveniet chirurgus, ſicq; in calumniam rapietur modioli uſus, licet morti cauſam dederit nullam.

Præcipuè, eâ capitis parte inflictum vulnus ſi fuerit, ubi tenuius quam craſſius os. Hanc ob cauſam periti chirurgi non abs re monent, ut ſtudioſi, junioreſque chirurgi in ſiccata calvâ frequenter modioli uſum inſtituant, loco duræ membranæ chartam ei apponendo, ut eâ tanquam ſagittarijs metâ præpoſitâ encheireſin ſibi comparent, eoque ſecuriores reddantur, ſiquando in vulnerato illud opus inſtituen- Text.

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 277 sur 280

©BIU Santé

ſtituendum. Nam ſicubi, hic certe experimentum periculo non vacat; tractatur namque pars princeps.

ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ ὡς μὴ λάθης προσβαλὼν τὸν πρίονα, ἀλλ' ὅπῃ ὀκνέῃ παχύτατον εἶναι τὸ ὀστέον, ἐς τοῦτο ἀεὶ ἐνσημείζειν τὸν πρίονα, θαμινὰ σκοπέμενον, καὶ πρόσω ἀνακινέων τὸ ὀστέον ἀναβάλλειν. ἀφελὼν δὲ τἆλλα, ἐπιτρέπειν ὡς αὐτὸ ὀκνέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει. καὶ ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα αὐτίκα βάλῃ ἐκπρίσας τὸ ὀστέον ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μήνιγγος, ὡσαύτως χρὴ πυκνά τε σκοπεῖσθαι τῇ μήλῃ καὶ πρόσω τὸν πρίονα, καὶ ἐς τὸ παχύτατον ἀεὶ τοῦ ὀστέου τὸν πρίονα ἐνσημείζειν, καὶ ἀνακινέων βάλλεσθαι ἀφελέειν τὸ ὀστέον. ἢν δὲ τυπαύω * χρὴ, πρὸς δὲ τὴν μήνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνων τὸ ἴημα † τυπᾷς, ἀλλ' ἐπιλιπεῖν τοῦ ὀστέου λεπτὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρίσει γέγραπται.

* χρὴ non nulli

† Alij τροπαῖς.

Quamobrem animadvertere oportet, ne adhibiturus terebram horum immemor ſis, ſed ubi craſſius os ibi ſerram imprimere debes; conſiderando interdum, oſque educere tentando. Quo exemto reliqua curatio talis ſit, qualem ulcus requirit. Quod ſi à principio, curationi adhibitus os in univerſum excidere voles,

eodem

eodem modo ſpecillo demiſſo ambitus modioli conſiderandus ſæpius, ut quâ parte craſſitiem maxumam os habet ei terebram apprimas, ac conare dimovendo os educere. Cum itaque terebræ occurrit uſus, ſi ſtatim initio curationi adhibearis, caveſis ne ad membranam uſque penetret, verum portio oſſis tenuis relinquenda, ſicuti jam ſcriptum.

Eſt hic nil niſi epilogus præcedentium. Iubet ut

Vbi os craſſiſſimum ibi applicemus modiolum. Text. Quid? neceſſe eſt is admoveatur ipſi fiſſuræ loco: at verò is modioli uſum ſi non admittat (uti ſi in fragmenta aliquot comminutum cranium, ita ut compreſsionem illam ferre nequeat: aut ſi in ipſas inciderit ſuturas: ſi tempora læſa ſint) tum uti vicinus eligatur locus, talis ubi os craſsiſsimum.

Conſiderando interdum. Hoc eſt eximendo Text. modiolum, ut quam fecerit impreſsionem cognoſcere poſsis, ne ruditer hanc rem ſi inſtituas irruat in membranam, eamque lædat dentatum ferramentum.

Reliqua curatio talis ſit, qualem ulcus requirit. Text. Nimirum tractetur topicis ſiccantibus.

Vt quâ parte craſſitiem maxumam os habet, eï Text. *terebram apprimas.* Hoc vult, ut eâ parte for-

Petri Paaw Amsteldamensis Succenturiatus Anatomicus. continens Commentaria in ... - page 279 sur 280

©BIU Santé

tius premas modiolum, idque ut loco tantum perforato ſpatium habeat natura, per quod ejicere ſuperflua queat, tum & per quod idem immitti poſsit menyngophylax. nam agit de uſu modioli qui inſtituitur initio vulneris illati, qui voluit ne interna tabula univerſim, ſed uno tantum pertundatur loco; qua de re ante plenius egimus.